



Huperaspiste? s to?n prolegomeno?n Joannis Brentii, in Apologiam Confessionis III. Ducis Wirtenbergensis, contra Mendacia & Calumnias Mathiae Bredenbachij Grammatici Embricensis

<https://hdl.handle.net/1874/406926>



**Dit boek hoort bij de Collectie Van Buchell
Huybert van Buchell (1513-1599)**

Meer informatie over de collectie is beschikbaar op:
<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

Wegens onderzoek aan deze collectie is bij deze boeken ook de volledige buitenkant gescand. De hierna volgende scans zijn in volgorde waarop ze getoond worden:

- de rug van het boek
 - de kopsnede
 - de frontsnede
 - de staartsnede
 - het achterplat

**This book is part of the Van Buchell Collection
Huybert van Buchell (1513-1599)**

More information on this collection is available at:
<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

Due to research concerning this collection the outside of these books has been scanned in full. The following scans are, in order of appearance:

- the spine
- the head edge
- the fore edge
- the bottom edge
- the back board

E. qu.

221




卷之三


三






E. qu.
221







N. S. C.

n. 23 L.

ΥΠΕΡΑΣΠΙΣΤΗΣ ΤΩΝ

ΠΡΟΛΕΓΟΜΕΝΩΝ IOANNIS BRENTII, IN APOLOGI

am Confessionis III. DUCIS Vuirtenbergensis,

contra Mendacia & Calumnias Mathie Bredenbachij

Grammatici Embricensis, Autore

IACOBO ANDREAE, PASTORE

Ecclesiae Göppingensis.

Ad candidum lectorem Thomas
Naogeorgus.

Pugnando contra Christum Verbumq; salutis,
Atq; tuendo Papam & dogmata uana lupi.
Omnes (ut cernis) iam defecere sophiste,
Seq; negant summi uincere posse duces.
Nam superat Christus totum uolitatq; per orbem,
Atq; Papæ regnum ac dogmata falsa ruunt.
Qui tamen oppugnet Christum, uerisq; resistat.
Interitumq; Papæ fulciat usq; sui,
Prodijt in scenam ludo delirus ab ipso
Hoc nunc postremo tempore Grammaticus.
O felix nimis tanto hoc tutore Papatus,
Plaudite sacrifici, perdita turba, greges.
Namq; impendentis discrimina nulla ruine
Nunc restant, sic iste omnia fulcit Atlas.
Fulminat in sanam doctrinam ipsosq; docentes,
Atq; Papistarum tollit ad astra caput.
Sed quam blasphemè, quam prauè, quamq; superbè
Se gerat, & quantis nosq; suosq; notet,
Porro suos ueris, at nos mendacibus, iste
Singula monstrabit, lector amice, liber.

FRANCOFORTI ANNO

1558.



Donum Burdelli.

IOANNES BRENTIVS PETRO
Brubacchio compatri suo in Christo
amiciss. S. D.

Gratum mihi, ac spero Ecclesia quoq; officium fecit D. Iacobus Andreæ, quod suscepit libellū, quem Embricensis Grammaticus aduersus mea Prolegomena scriptis, refutandum. Et si enim ego iudicabam hominis stulticiam ac insaniam Elleboro potius purgandam, quam scripto exagitandam esse, tamen cum nouas & prodigiosas blasphemias orbi obtrudaret, uisum est amicis, operæ precium esse, si scriptum aliquod extaret, in quo horribiles illæ blasphemiae refellerentur & coarguerentur. Audeo furiosus homo vociferari, sententiam Hanne, Caiaphæ, & reliquorum pontificum aduersus filium Dei iustam, & iudicij ueritatem, ut tueatur etiam suorum pontificum autoritatem, & doceat eum morte dignum, qui doctrinam pontificum, quamvis imp̄issimam non agnoscat. Faretur quidem Iudaicos pontifices peccasse odio & liuore, et appellat ad iusticiam Dei ac prædestinationem eius. quis autem sceleratissimos quosq; latrones aut parricidas non hoc modo defendere posset? Scilicet, nisi accessisset odium, nihil peccasset in filium Dei imp̄i pontifices. Et Pilatus innocens est, quod nullo odio pronunciauerit aduersus filium Dei mortis sententiam. Stephanus autem peccauit, quod sermone suo restiterit sententia Synedrij, & accusauerit Pontifices proditionis ac homicidiij. Hac, si insanus homo ante exortam Euangeliū lucem, inter suos seruos uulgasset, non uno tantum anathemate fuisset conculcatus & protritus. Nunc quia scribit ad tuendam autoritatem Pontificum aduersus eos, qui cipiunt eam ad autoritatem uerbi Dei reuocare, omnia sunt bella, lepida, uenusta, concinna, & ambabus uulnis amplectenda. Sed hæc Domino cure erunt. Ne autem nos interea officio nostro desuisse uideamur, mitto ad te Refutationem D. Iacobi Andreæ, ut tu eam typis tuis cum ecclesia communes. Non enim dubito, quin filio Dei, cuius glorie illustranda hoc scriptum seruit, tua opera grata sit futura. Benè ac fæciliiter Vale.

OMNIA ITINERANTUR

ILLV STRISSIMO PRINCIPI
ac Domino, Domino Guilhelmo, Cliviæ, Iuliæ ac Mō
tuum Duci, Comiti Marchiæ, ac Rauenſpurgi,
Domino in Rauenſtein &c. Principi ſuo
clementiſſimo.



T nominis, uirtutumque tuarum splendor,
princeps illuſtrissime, & ueritatis amor eſ-
ſecerunt, ut ad maledicū et blaſphemū li-
bellū Grammatici cuiusdam Embricensis
reſpondeam, quem una cum A pologia, ſub nominis tui
auſpicio non eſt ueritus in lucem edere. Cū enim ſingu-
lares tuæ & Christiano principe dignæ uirtutes omni-
bus notæ eſſent, non mirabar ſolum, ſed ex animo dolebā
quod, eo impudentiæ potuiffe progredi hominem, qui ad
impietatem ſuam afferendam, tui nominis authoritate ab
uti audere.

Grammaticus eſt profeſſione, quod genus hominum
iam inde ab initio infelicitter reſ ſacras traclavit. Cum
Appione luclatus eſt Iofeþus, cū Cresconio Augu-
ſtinus. Nobis cur ſit negocium cum Embricensi gramma-
tico, Ill. Cels. Tua intelliget, poſtq; breuem Catalogum
errorum & blaſphemiarum eius recitauero. Nolo enim
hic commemorare, quā inhumaniter & crudeliter tra-
det D. Ioannem Brentium de Repub. Christiana non
male, ut ego quidem exiſtimo, meritū. Cū enim ipsi Chri-
ſto non pepercere, ut R.o. Pontificis authoritatē ſeu po-

tius Tyrannidem assereret, quid mirum, si in eius fideles ministros sit iniquus & contumeliosus censor.

Caput blasphemiarum est, quod scribit: Phariseorum & summorum pontificum iudicium aduersus Christum, fuisse iustum, legi ac voluntati diuinæ consentaneum, & quod iudicauerint iudicij ueritatem, cum dicerent: blasphemauit Deum, & reus est mortis. Dementiam esse ait: puzare, Christum ita satisfecisse pro peccatis nostris, ut nulla præterea opus sit satisfactione, Eosque qui sic sentiunt, sensum communem pariter cum ratione amississe. Qua censura & prophetæ & Apostoli una cum Christo tanquam dementes notantur, qui penitus ignorarunt aliam, aliam inquam, satisfactionem pro peccatis totius mundi, quod obedientiam saluatoris Domini nostri Iesu Christi. Hanc inquam doctrinam, audet impudens os impium dogma, & abominandum Idolum appellare.

Communionē corporis et sanguinis Christi sub utraque specie, ut loquitur, ab ipso Christo fatetur et esse institutam, & in primitiua Ecclesia usurpatam, nihilominus tamen esse multis modis incommodam.

Credere in Deum patrē, idem sit, quod credere: Deum sanctis eam potestatem dedisse, ut opitulari queant, omnibus suis cultoribus, passim in orbe dispersis.

Credere in Christū, nihil aliud sit, quam credere: Christum hanc dignitatem sanctis sua obedientia impetrasse.

Credere in spiritum sanctū, idem esse, quod credere: Papam cum cardinalibus & sacrificulis habere spiritum sanctum

sanctum: & habere quoque potestatem, condendi nouos articulos fidei

Sanctos invocare, perinde esse, ac ipsum Christum invocare, iuxta illud: παλιτα τὰ τῶν φίλων κοινων. hoc est, anticorum communia sunt omnia. Et Christus: Quicquid uni ex minimis meorum fecisti, mihi fecisti.

Qui sanctorum afflictionibus adimat meritum, eundem quoque passioni & morti Christi adimere meritum, quia, Amicorum communia sunt omnia.

Principes & Magistratus pariter cum subditis in omnibus, quae in religionis & aeternae salutis negocio credenda & facienda proponunt, debere sacrificulis obedientiam, impudenter affirmat. Et Deo prestari inobedientiam, ab his, qui diuersum agant. Ut cunq[ue] enim uel uiuāt, uel doce aut, Dei tamen fieri uoluntatem. Quid si, inquit Grammaticus, Deus uelit nostrā ingratitudinē punire, & iusto iudicio immitteret tales Doctores? Hos audiendō, non hominibus sed Deo obedimus, qui per illos ingratitudinem nostram punit. Quid magis absurdum et contrarium melius in Deum ipsum dici posset? Mens enim Grammatici est: Si Deus uelit Cels. Tuæ subditos peruersis, et ut ipse appellat, sceleratis doctoribus punire, Cels. Tuæ officium non esse, huic Dei iudicio sese pia sollicitudine opponere, Neque operam dare, ut rectè doceatur populus, & in uiam reuocetur. Hoc enim esse iustum Dei iudicium impedire, & sic Deo iudicanti & punienti sese opponere, Sed tolerandos etiam impios & impuros sacrificulos,

donec ipse Dominus sine opera Magistratus, sacrificia-
lorum & impurissimorum monachorum animos conuertat.

Habes Princeps pientissime, & blasphemiarum &
errorum quædam delibata capita, ex quibus etiam de reli-
quis facile iudicium facere potest Cels. Tuæ.

Et quoniam, quod postremo loco posui, scopus est to-
tius libelli, quem de dissidijs componendis edidit, Cels.
Tuæ diligenter considerandum erit. Vnde cognoscere li-
cebit, cuiusmodi curatores animarum & Cels. Tuæ, &
subditorum tuorum constitutus Grammaticus, quorum iu-
dicio & Cels. Tuæ & subditis standum sit, à quo recen-
dere scelus sit, non nisi morte piandum.

Ex iuuentute, inquit, qui sunt omnium ignauissimi sce-
leratissimiq; ut à præceptoribus suis neq; scientia, neque
uirtute ad ullum honestum uitæ genus formari possint,
His extrellum refugium est Sacerdotium uel monasteri-
um. Hos, tanquam Christos Domini, tangere, nefas est,
huius grammatici iudicio.

Cum uero minime dubitem, Tuam pietatem longè a-
liter & de religionis nostræ articulis, & de pia reforma-
tione Ecclesiarum iudicare: hic autem grammaticus Il-
lustre tuum nomen suo maledico & blasphemo, qui erro-
ribus refertus est, conspurcarit libro, sperauit me offici-
um Tuæ Celsitudini non ingratum præstirum, si ad
uindicandum nominis tui honorem, & ad ueritatem asse-
rendam, hanc eius uanitatem redarguam & refutem.

Sed

Sed quoniam Grammaticus gloriatur hunc suum laborem, à summi iudicij et excellentis doctrinæ uiris præsertim in Academijs Louaniensi et Colonienſi, ijsq; ex eorum numero, quorum officium est ex ordinatione diuina ac distributione donorum, quæ est à spiritu sancto, iuxta doctrinam A postoli de talibus cognoscere & iudicare uno ore probari, quò res Papistarū deuenerint, Cels. Tua facile iudicare potest.

Rebus omnibus desperatis, sophistis & pontificiorum errorum propugnatoribus ueritate Euangelica prostratis, ultimo bortatu euocātur ad bellum, Grammatici, Transfugæ, pueri, & quicunq; arma ferre possunt. Quorum opera grata est, modo numerum compleant, & aduersus Lutheranos non sint prorsus muti.

Transfugæ infirmitates & nescio quas dissensiones nostras criminantur, ut aliquid dicant. Grammaticus nosler ex suo Aesopo A pologum profert, quo sacrificiorum confiditā autoritatem afferat. Ex Adagijs proverbium: πλυτα τὰ τῶν Φίλων κοινά, ut invocationem sanctorum probet. Ex Donato, tanquam armario suo producit Imperatiuum modum, temporis præsentis, secundæ personæ, pluralis numeri, Bibite, et non bibant, quod est tertiac personæ, ut Christi institutionem in cœna mutilet, & altera parte sacramenti laicos priuet.

Cum igitur hæc sint extrema papisticorum sacrificiorum, ad quæ configunt præsidia, quam non procul sit ipsorum ruina, diuinare possumus. Tantum enim abest,

ut sacrificuli per hunc Grammaticum, uel Cels. Tuæ,
uel alijs pijs Principibus suos errores & Idolomanias
persuadeant, quin potius, diuina sic disponente gratia ac
prudentia, uix alia ratione animum Cels. Tuæ ueræ
pietatis amore iam antea flagrantē, excitare potuerint,
ut ad piam reformationem Ecclesiarum quam primum a-
nimum adjicant. Postquam Cels. Tuæ uidet, se se à sacri-
ficiis suis ad Grammaticum, à Grammatico ad Caia-
pham & Hannam, à Caiapha et Hanna ad Ro. ponti-
ficem & Cardinales, Ab his denuo ad sacrificulos tanq;
hircos, et, ut Grammaticus appellat, sceleratos ablegari,
quorum custodiae æternā & tuam & tuorum salutē com-
mittas. Et quidem spem optimā mihi facit recordatio eius
temporis, cum anno superiore in confessu Ill. ac p̄iissimo-
rum principum, summa attentione animi de Magistratus
officio in Ecclesijs reformandis, pro concione me quæ
dam pro mea tenuitate differentem Cels. Tuæ audiret.
Id quod & Ill. Cels. Tuæ et Ecclesiæ, cui te Deus pa-
ter Domini nostri Iesu Christi præfecit magistratū, ex a-
nimo precor, ac uere pijs et fideles ardētibus uotis à Do-
mino petunt. Dominus noster Iesus Christus Cels. Tuā
& Ecclesiæ suæ et Republicæ Christianæ quām diutis-
simè incolunem seruet. Et ut hoc meum qualecunq; studiū
benignè ac clementer interpretetur, qua possum subieclio-
ne oro. Göppingæ Calend. Augusti An. M. D. Lviij.

Illustriſſimæ Cels. Tuæ

Obſeruantifſimius

Jacobus Andreæ.

DIDIT nuper quidam Embricensis Ludiliterarij moderator libellū de dissidij, quæ nostra hac tempestate, (Sic enim libri titulus sonat) tanto cum terrore iactant Ecclesiæ nauem, à quo, & quibus rationibus, hæc sint excitata, & qua ratione uideantur posse componi. Qui sanè libri titulus magnificam complectebatur promissionem, qua ad eius lectiōnem pius ac simplex lector inuitabatur, ueram scilicet controuersiarum nostri temporis explicatiōnem, & rationem, qua commodissimè componi queant, modò accedant animi, à ueritate & pia pace non abhorrentes. Postquam uero libellum aperto, re ipsa cōperior, titulum operi minimè responderet. Cūm enim nulla in toto libello sit ueræ doctrinæ explicatio, in qua uera Ecclesiæ pax & tranquillitas consistit, sed undiquaque horrende blasphemiae, à Grammatico in Deum pariter & synceram doctrinam Euāgeliū congestæ sunt, quam nihil præter titulum uanum habeat, pius & candidus lector iudicabit.

Nam ueras causas dissidiorum in Ecclesia, prorsus non attingit. In ueritatis autem Euangelicæ professores innocentes est contumeliosissimus. Nec ullam rationem ostendit componēdi negocij, nisi hanc solam, ut altera pars, quæ syncerā religionem

3 HYPERASPISTES D. IAC. AND.

tuetur, ueritate abiecta, sese denuo in barathrum Papisticarum tenebrarum demittat, quibus non sine maximis difficultatibus discussis, beneficio Dei est liberata. Atq; ita nihil in toto libello compone re uidetur, nisi quod astutè cum pestilentissimo hæ retico Arrio Brentium & Lutherum conferat, qui bus scit cum Arriana impietate nihil esse commu ne. Id quod hominem nullam aliam ob causam fecisse arbitror, quām cūm sciat Arrianam hæresin cōtra Filij diuinitatem esse blasphemam & execrandam, si ei hos duos coniunxerit, suis persuadeat, similia horum quoq; esse studia, atq; ita suorum animos aduerlus piam doctrinam, quam profitentur, tanquam hæreticam, blasphemam & execrandam excitet & inflammet.

Cūm autem aliquoties in libello suo commendet *in uocatio*nem in Ecclesia, ut quisq; in suo ordine & uocatione, instar membrorum corporis humani permaneat, satis mirari nequeo, quibus rationibus persuasus, hunc laborem in se receperit. Non enim ignorare potest, diuersam esse functionem eorum, qui pueritiam in studijs humanitatis erudiendam suscepserunt, & eorum, quos D. Paulus Ecclesiæ doctores & pastores appellat, ut maximè non negem, puerorum animos teneros ab ineunte ætate syncre ræ pietatis doctrina imbuendos esse.

Priuati alicuius commodi, aut emolumenti cau sa se

sa se non fecisse , anxiè & prolixè in proœmio testatur, ut qui magis scilicet aspiret ad illa æterna, & uera bona, q̄ ut se his caducis, & mox euanescentibus, maximè uero ecclesiasticis bonis (quorum maior pars est meretricis merces, ut Micheas appellat,) in uolui ac teneri patiatur. Ut interim taceam , quod addit, sibi etiam aditum preclusum , ad pingue aliquid sacerdotale beneficium, qui matrimonij iugo collum subdiderit . Quod sanè uitæ genus, uel solum, uberrimas rationes & argumenta suppeditare potuisse recusandi tantam prouinciam: cùm iuxta doctrinam suorum , nō queat ita esse rebus coelestibus int̄ctus, qui scilicet uxori alligatus, ea, quæ mundi sunt, curet. Si uero quandoq; à laboribus scholasticis uacasset, licuisset ei, quæ est hominis præcara & eximia eruditio, aliquam scripturæ explicare utiliter uel pueritiae suæ , uel doctoribus, quos sua opera , in hoc sanctissimo studio plurimum profecisse iactitat Grammaticus. Etsi res ipsa docuerit, in hoc genere interpretationis interdum laplos , quibus neque ingenium , neque studium, neque iustum tempus de tantis rebus cogitandi defuit. Sed quod Ludi moderator siue Grammaticus tricenarius, qui in puluere scholastico propemodum consenuit, uxori alligatus, & ea , quæ mundi , & non quæ Domini sunt, curat, dissidiorū & controversiarum difficultimarum, de fide & religi-

one Christiana, non solum explicationem, sed dñi
dicationem & compositionem tam confidenter su-
scipit, uel ipso teste, iure reprehenditur.

Restat igitur, ut culpam in aliquem sacrificulo-
rum reſciamus, qui Grammatico hoc imposuerit
onus & officiū, quod se pulchrè prestare posse spe-
rauit, arbitratus scilicet idem esse eleganter & uerē
dicere. Documento aut̄ est hic ipsius libellus, aliam
esse ueram, & aliam ornatam orationem, ac uerē in
ipsum hoc Eupolidis, scitè dictum quadrare uide-
tur: λελιν. ἦρις Θ. καδυνώτατ Θ. λέγην. Sed quid permo-
uerit eum, quisquis tandem fuerit illi autor & hor-
tator, facile diuinare licet. Eò progressa est sacriſ-
culorum pariter impietas & impuritas, ut etiā suis
cultoribus cooperit esse exosa. Id quod dissimulare
amplius nequeunt, qui ad gubernacula reipublicæ
sedent. Quo minus uerò aliquam uel doctrinæ uel
cæremoniarum mutationem p̄ij magistratus susci-
perent, hac potissimum ratione, ipsos in hac seruitu-
te continuerunt, ad eos scilicet non pertinere iudi-
cium, aut cognitionem controversiarum de uera re-
ligione. Hæc permittenda esse Ecclesiæ proceribus,
quibus utcunq; cessantibus, si quid attentarent po-
litici magistratus exemplo Oziæ & Ozam falcem
in alienam messem mittere, adeoq; iram & indigna-
tionem Dei ipsos non effugere posse.

Rebus sic nutantibus, & ruinam minantibus, ec-

IN PROLEGOM. IOAN. BRENT.

ce prodijt Brentij liber, cui titulum fecit ~~προλογόνον~~
in Apologiam Confessionis Illustrissimi Ducis
Vuirtenbergensis, ubi & scripturæ sacræ, & san-
ctorū Patrum testimonij & exemplis docet, ad pri-
um magistratum maximè pertinere hanc piam cu-
ram & sollicitudinem, ut abolita impietate & idola-
tria, uerus Dei cultus, in populo Dei instauretur,
Quem librum, cùm uidissent audiē ab omnibus le-
gi, & ipsorum instituto maximè aduersari, in hoc
unicè enitendum sibi putārunt, ut subornetur ali-
quis, qui eius argumenta conuellere, aut saltem so-
phistica aliqua eludere conetur, atq; ita simplici-
bus fucum faceret. Hoc passus est Grammaticus
noster sibi persuaderi. Si enim sua sponte, nemine
uel hortante uel extimulante, hunc laborem susce-
pit, nulla ratione excusabilis est. Cùm enim Prin-
cipes aliosq; pios magistratus à iudicio de contro-
uersijs in religione exortis repellit, qua impuden-
tia sibi hoc arrogare audet. Inuenias namq; in uera
religione, ita institutos aliquot numero Principes,
qui multò rectius de cōtrouersijs, & dissidij exor-
tis iudicent, quām hic noster Embricensis Gram-
maticus.

Rectius igitur in partem aliquam iudicij admi-
sisset Principes & pios magistratus, aut sibi in hoc
argumenti genere temperasset: Ut interim taceam,
qd ipse non semel in suo libello repetit: Per inui-

,, etissimum Carolum V. & serenissimum &c. Re/
 ,,, gem fratrem eius, unà cum totius Imperij Principi/
 ,,, bus & Statibus nihil intentatum relictum, ac toties
 ,,, cum tantis sumptibus ac laboribus in Comitijs Im/
 ,,, perialibus & conuentibus publicis cōgregatis, ad
 ,,, hibitis tot doctissimorum uirorum colloquijs ac
 ,,, disputationibus hactenus nihil profectum esse.

Cūm igitur horum conatus irriti fuerint, qua auda/
 cia & temeritate sibi tribuere audet, se breui, inepto,
 & insulso, ne dīcam blasphemō & maledico libello
 expediturum, quod illi tot laboribus tantisque sum/
 ptibus, & tot doctissimorum uirorum opera adiuti/
 prestare propemodū desperārunt. Ut taceā, quām
 non fuerit necesse grammaticum huic oneri susten/
 taculū quærere, cūm uel Sotus ipse, uel quisquis a/
 lius fuerit, aduersus prolegomena prolixè scrip/
 rit. Quæ si suæ factionis homines nō continuerint
 in errore, quem semel cum lacte materno imbibe/
 runt, metuendū est prorsus desperatum & conclau/
 matum esse in Papistarum castris, si ad Grammati/
 corum præsidia curratur. Cūm autem aliquot ho/
 ras in eius libelli lectione perdidissem, difficulter
 mihi passus sum persuaderi, ut eius confutationem
 susciperem. Pleraque enim quæ paſsim adducit argu/
 menta seu potius cauillationes, iam pridē à nostris
 toties ea grauitate sunt confutata, ut actum agere, &
 ut dicitur post Homerum Iliada scribere uideat, si

ea

ea retexere uelim. Quapropter ridendam magis & contemnendam hominis stulticiam, seu potius furorem & insaniam, quam confutandam duxerim. Hic enim noster Grammaticus non errat amplius simplicitate aliqua, uel ex ignorantia solum sibi ipsi ac suis sophistica imponit: nec cauillationibus modo & calumnijs pugnat, quæ postrema sunt aduersæ partis præsidia, sed prorsus furere & insanire uidetur, ut gratiam aliquam rependat illis, quorum fauore & ope, ut fama est, filijs suis opima contigere sacerdotia: usq[ue] adeò nulla ratione ille deuinctus est Grammaticus. Tam tetra enim & horrenda scribit passim in toto libello, quemadmodum suo loco demonstrabimus. Cuius furorem superare uidentur, quorum iudicio suum librum probatum adeoq[ue] canonisatum gloriatitur. Quorum nomina si silentio præteriisset, ipsorum honori rectius consuluiisset. Etsi enim ueteres sint Euangelicæ ueritatis & doctrinæ nostræ hostes, uix tñ puto quenquam eò uesaniae & impietatis progressum, ut huius Grammatici furorem possit probare unquam. Quam iniquè autem sit latratus, si admoneatur de his omnibus leuerius, Apologia sua satis declarauit, qua tam acerbè in eum insuehitur, cui præceps iudicium ipsius ac temerariū de Luthero defuncto saltem improbatur.

Quia uerè toties obtestatur lectorem, ut benigne

gnis animis consideret, utrum uerum an falso scribat, ac sicubi errauerit, ueniam deprecetur, ac polliceatur, si quis errorem illi humaniter demonstrauerit, tatum à se abfuturum, ut succensere uelit, hoc humanitatis & pietatis officium exhibenti, ut magnam etiam gratiā sit habiturus, ne suo defraudantur uoto, paucis respondere uisum est. Sic scilicet pijs & eruditis monentibus, si forte non tantum hic sanetur Grāmaticus, sed totus orbis intelligat pontificiæ religionis fundamentis, superioribus annis tot piorum & eruditorum scriptis euersis, ad cuiusmodi præsidia, in summa desperatione, configiant. Vnde luce meridiana clarius apparebit, superstitione superioris seculi in animis hominum, per Evangelij uocem collapsa, pontificiæ religionis defensores suam fiduciam non in ueritate suæ doctrine, sed partim in mendacijs & cauillationibus ac potentia, partim in qualicunque nostrorum discordia colloquere. Ad quæ Dominus tantisper conniuet, dum suos electos per ignem examinet, & iudicium aduersus ingratos maturet. Non autem mihi propositum est, ad ea omnia respondere, quæ ex alijs descripsit suæ opinionis autoribus, quæ omnia, sicut à pontificiæ sedis defensoribus multò speciosius fuerunt exornata, seu potius fucata, ita eoru confutatio multo solidior ex nostrorum scriptis, per hos quadraginta annos editis, peti potest. Sed præcipua tatum capita

capita attingam, quibus omnium suorum perspicaciam, & acumen, sibi uisus est superare, & cornicum, ut dicitur, oculos configere, ad quorum saltem com memorationem pius animus non potest non uehementer perhorrescere, eò scilicet posse progredi impietatis hominem, cuius exemplum in hoc Embriensi Grammatico uidebit.

Duo potissimum proposita habet in suo libello, alterū, ut Principibus ac pījs magistratibus persuadeat, ne ullam uel doctrinæ, uel cæremoniarum in Ecclesia, in uitis sacrificulis, suscipiant mutationem, sed hoc totum permittendum esse Pontifici, Episcopis, & sacrificulis, eorumq; stādum iudicio, etiamsi conuincantur summæ & execrande impietatis. Alterum, ut omnibus ex æquo persuadeat subditis patiter cum magistratibus, ne aliquam discessione faciant ab impijs & impuris sacrificulorum sacris, propter foetorem horribilium errorum, & impurissimæ quam plurimi degunt uitæ. Ad utrumq; breuiter respondebimus, addita breui confutacione suggillationis, qua ferè omnes partes doctrinæ Christianæ allatrat. Ordinis ratio, cum à Grammatico sit obseruata nulla, cādidus lector mihi quoque ignoscat, si propter ipsius confusionem, cui respondendum fuit, non omnia suo loco dixero.

Appositiè autem exorditur Papistarum impietatem ^{vñagacawisn;} Aesopico apolo^{go}, de oue, in puer-

perio existente &c. admodum festiuo, quo uiuā & expressam imaginem Ecclesiæ Papisticæ proponit, pro cuius salute suscepit hoc certamen. Multò autem infelicius ei cedit, quām Menenio Agrippæ, apud T. Liuum, qui Apologo de conſpiratione membrorum aduersus uentriculum plebem in officio continuuit.

Hic uero noster Grammaticus, dum eius stuſta imitatione iterum ſubditorum animos ſacrificulis conciliare conatur, in ſummū diſcrimen oues Christi adducit, & ſuos ſacrificulos ita deformat, ut ſi plebs perpetuo hunc eius apoloſum in auribus ſonantem circumferat, nunq̄ ſibi perſuaderi patiatur, ut hunc foetorem & grauiſſimum odorem amplius ferat. In eo apoloſo conſert ouem puerperā Ecclesiæ matris: Anniculum agnum filii eius: lupū diabolo: Epifcopos, & ſacrificulos Hirco hirsuto & hispido corpo, horrida barba, minacibus cornibus, ualde formidabili. Omnia meo iudicio concinne & appositè. Sed in primis uenusta eſt Epifcoporum & ſacrificulorum & monachorum deſcriptio, per hircum foetidum adumbrata, ut ſuo dicemus loco. Evidem negare non poſſimus, Ecclesiæ Christi matrem, omnium fidelium, ut foecunda eſt liberis (ſicut ſcriptum eſt: Lauda ſterilis, quæ non paris, de canta laudem & hinni, quæ non pariebas, quoniam multi filii deiſertæ magis, quām eius, quæ ha-

bet uirum: Dilata locum tentorij tui, & pelles tabernaculorum tuorum extende: ad dextram enim & ad leuam penetrabis, & semen tuum hereditabit terram).

Ita etiā pro filiis diligentem curā agere, utrumq[ue] diuus Augustinus comprehendit, dum inquit: Eccl^{esia} lib. de Sym^{bolis ad} Mater & uirgo est, corpore casta, prole fœcunda, sponsa Christi, p[ro]i[er]e nutrit filios, quos Deo patri Catech^{is} lib. 5.
dignos assignare contendit.

De filiorum quoq[ue] erga matrem Ecclesiam constat pietate & obseruantia, sicut scriptum est: Quod si Ecclesiam (matrem) nō audierit, sit tibi uelut Ethnicus & publicanus. Audiunt ergo filii Ecclesiam matrem cum summa obseruantia, quoniam sciunt, eam patris doctrinā adferre, cuius filio est desponsata, casta uirgo, & fœcunda mater multorum filiorum & filiarum.

De Sathanā uero odio in matrem, & studio, quo filiis eius insidiatur, ut instar lupi rapiat & discerpatur, plurimorum tristia exempla docent: ueritas enim ipsa pronunciat de illo, q[uod] mendax sit & homicida. Et Petrus de eius rabie & crudelitate testatur, eum circumire sicut leonem rugientem, ac querenter, quod deuoret. Aptissime uero quadrantini Episcopos, sacrificulos & monachos epitheta, quæ hirco Aelopico tribuit. Eum enim nobis proponit hirsutum & hispidum corpore, horrida barba, mi-

nacibus cornibus, graui odore. Si enim ipsorum uitam examines, occurserent ferè in plerisque, si huic Grammatico credimus, horribilia & immania scelera, quæ grauitatem odoris in hirco longè superare uidebuntur, de quibus etiam suo loco dicemus copiosius. Quibus uero armis nō lupum, sed stultam plecteculam & credulam terrere conentur isti, uenustè apolo go expressit, hirsutis scilicet pilis hirci, & cornibus minacibus. Si per cornua intelligas mitras Episcoporum, unde & cornuti rectè appellantur, meo iudicio non erraueris. Quamprimum enim hæc capiti ipsorum imponuntur, arbitrantur sese Sathan adeò formidabiles factos, ut ad eius solum aspectum fugere cogatur, nihil obstante grauissimo odore & fœtore hircino. Etsi uero Sathan haec monstra non auersatur, quorum ipse est Architectus, multis tamen hæc ipsa terrorem sæpè incusisse, dum hora tenebrarum duraret, superioris temporis etiam Imperatorum Regum & Principum exempla plurima testantur. Sed næ illi uehementer errant: quod uicissim Aelopico alio apolo go declarare uisum fuit, ut imitatione Grammatici nostri, uel hac sola ratione, aliquam gratiam apud sui ordinis homines ineamus. Erat quondam Asinus induitus pelle leonina, qui passim uagabundus reliqua bruta territabat. Ceterum uisa uulpe tentauit & hæc perterrefacere. Hæc autem (casu enim ipsius uocem audiri

audi erat) ad ipsum ait: Sed bene scias, q̄ & ego te ti-
muisssem, nisi rudentē audiuissem. Quām bellē secū
non dissidet Aesopi aliās deformē & monstrosum
caput, unam rem, sacrificulos scilicet nunc sub fœti
di hirci, nunc sub Asini laruati persona describen-
do: utrumq; enim horum, in hoc genere hominum
concurrit. Stultis animalculis, Asinus pelle leonina
factus est formidabilis, sed qui uocem eius audie-
runt, hanc eius laruam superindutam non moran-
tur. Sic sacrificuli clamitantes multa de Ecclesia ca-
tholica, quæ à Spiritu sancto regatur, & quæ errare
non possit, cuius consilium sit senatus Cardinaliū,
& Episcoporum, horum decreta esse Spiritus sancti
reuelationem, & indubitatam Dei uoluntatem. Qui
ab horum iudicio & sententia prouocet, & Ecclesiā
matrem in eis non audiat, hunc numero fidelium
exclusum, etiam ad regnum Dei penetrare non pos-
se. Qui horum uocem impiam audiunt, titulos Ec-
clesie, Excommunicationis, & similia iactantes, quo-
modo non possunt non esse formidabiles? Si uero
instar uulpis Aesopicæ, iuxta Christi doctrinā (qui
non tantum simplicitatem requirit columbinam
à suis, sed etiam serpentum prudentiam) Asinum
esse intelligat, qui hac larua sit induitus, non curabit
eorum comminationes, nec acquiesceret in pelle leo-
nina, sed caput perscrutatus bestiæ, cùm aures As-
ni deprehēdet, ad eius uocem stulta inuitatione ef-

fictam, non amplius terribitur. Sed non puto, quen
quam esse adeo ignarum Satanæ mētis, quam pios
cognoscere Paulus testatur, qui credat, Satanam
mille ad nocendum artibus instructum & uerutissi
mam uulpem, hos Asinos non agnoscere, utcunq;
sele uestiant pelle leonina, quin potius ab eo ita ue
stitos non dubitemus, ut stultæ plebeculæ impo
nant. Quapropter rectè Grammaticus noster tribu
it Episcopis hispidos pilos, & cornua minacia, qui
bus detractis latet nō pastor, sed hircus, nō leo, sed
Asinus, accersita larua sola formidabilis.

Sed nunc explicādum uenit, num à Christo, siue
matre Ecclesie eius sponsa, filij sint commendati cu
ræ ac custodiæ hirci, à cuius latere, utcunq; foetidi,
non liceat recedere, nisi in lupi rapacissimi dentes
sanguinarios peruenire uelint.

Principio negare non possumus, & pastorem o
uibus, & oues pastori deuinctas, certis tamen legi
bus. Sicut enim scriptura prohibet, pastores ne do
minentur in clerum Domini, ita oues, cùm pasto
res suum officium non fecerint, ad suū ius redeant.
Quod ut rudiores intelligent, altius repetendum
erit. In pastore ouium Dominicarum, hoc est, Ec
clesiæ ministro, duo requiruntur: sana doctrina, &
innocens & inculpata uita, ut quod exhortando mo
net, exemplo persuadeat, ut doctrina sit sana & syn
1. Timoth. 6. cera. Ad Timotheum monet Apostolus: Si
quis,

quis, inquit, aliter docet, & non acquiescit sanis ser-
monibus Dñi nostri Iesu Christi, & ei, quæ secundū
pietatē est doctrinę, superbus est, nihil sciens &c. Et
iterū: Episcopus eligatur, qui potens sit exhortari
per doctrinam sanam, & cōtradicentes conuincere.
Et iterū: Si quis aliud Euangeliū annunciat, q̄d quod
annunciatiū est, anathema sit. Formam habe sanoru
uerboru, quæ à me audisti, in fide, & dilectione, in
Christo Iesu. Et Malach. 2. Labia sacerdotis custodi
unt scientiā, & legem requirent ex ore eius, quia An
gelus Dñi exercituū est. Hac parte si destituatur qui
officio docēdi in Ecclesia fungitur, non nisi noīe pa
stor est, re ipsa uerò lupus. Alterū, quod in pastore
requiritur, est innocens uita, sicut Apostolus docet ^{1. Timo. 3.}
ad Timotheū, & ad Titum. Oportet, inquit, Episco ^{Tit. 1.}
pum esse irreprehēsibilem, unius uxoris maritū, ui
gilatēm, sobriū, modestū, hospitalem, aptū ad docē
dum, non uinolentū, non percussorem, nō turpiter
lucrī cupidū, sed equum, alienū à pugnis, alienū ab
auaritia, qui suę domui bñ presit, qui liberos habeat
in subiectione, cū omni reuerentia. Et ad Thels. Vc ^{2. Thes. 3.}
nos metipsoſ formam exhiberemus uobis, ad imi
tandū nos. Et Petrus monet presbyteros, ut sint exē ^{1. Pet. 5.}
plaria gregis, hoc est, talem uitā agant, ad cuius exē
plum reliqui etiā suos mores cōponant. Cūm igi
tur, qui Ecclesijs præficiuntur, sanā adferunt doctrinā,
consentientem doctrinæ Prophetice & Aposto
licæ, & eam quoq̄ honesta conuersatione ornant,

Heb. 13.

hi sunt, de quibus Apostolus ad Hebræos scribit,
 Obedite præpositis uestris, & subiecti estote eis, si
 quidem illi uigilant pro animabus uestris, tāquam
 rationem reddituri. Si uero aliam adferunt doctrinam,
 hos sub poena anathematis fugiendos ad Galatas docet. Si enim anathema est, qui aliā doctrinam profert, eandem poenam sustinebunt, qui doctrinam cum Apostolica pugnantem sequuntur, si
 cut dicitur: Si cæcus cæco dux est, ambo in foueam
 cadunt. Similiter & de uita iudicandum est, si fuerit
 scelerata, & professione indigna. Denunciamus (in
 quit Paulus) uobis, in nomine Domini nostri Iesu
 Christi, ut subtrahatis uos ab omni fratre, qui inordinatè ambulat. si à fratre, multò magis à pastore,
 cuius uitia, quò magis cōspicua sunt, eò etiam plus
 Ecclesiæ Christi nocent. Nec id nouum, aut inauditum est, in auribus huius Grammatici, quum & ipsi
 pontificij suis canonibus arceant plebem ab audiēdis missis, si à concubinario sacerdote celebrentur.
 Hinc facile cognoscere licet, quām uanum sit & frivolum, quod Grāmaticus noster, ex suo Aesopico
 apologeto docet, ita præcepto matris Ecclesiæ nos cōmendatos hircis, ut grauissimo odore, hoc est, im
 purissimorum sacrificiorum doctrina ac uita offensi, ne ad latum unguem ab eorum latere receda
 mus.

Filiū enim matris Ecclesiæ, hoc est, pñ & fideles,
 non

non ad personas, sed ad uerbum Domini alligati sunt. Si quis diligit me, sermonem meum seruabit, inquit Christus. Et iterum ad Apostolos: docentes eos seruare omnia, quæ precepisti uobis. Et Pater de filio: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi com placitum est, Hunc audite. Huic uerbo alligate sunt oves Christi, sicut Ioan. 10. inquit, Oves meæ, uocë meam audient. Ab huius latere non recedunt fideles, quia scriptum est: Custodite & facite, quæ precepit Dominus Deus uobis: non declinabis necq; ad dextram necq; ad sinistram, sed per uiam, quam præcepit (nō fœtidus hircus, sed fragrātissimus Dñs) Deut. 5. 12. Deus uester, ambulabitis ut uiuatis, & bene sit uobis. Et iterum: Quod præcipio tibi, hoc tantum facito Domino, nec addas quicq; nec detrahias.

Quia uero Spiritus sanctus per homines loquitur, & ministerio hominum mundum arguit, necesse est, ut sua quoq; constet ministris autoritas. Sed uidendum est, ne maiorem eis tribuamus, quam ipse Dominus concessit. Ea est, ut quam ex Prophe ticiis, & Apostolicis scriptis afferunt doctrinam, amplectamur. Iis enim credentes, nō humana somnia sequuntur, sed indubitatum Dei uerbum, quod nobis æternam & immutabilem Dei uoluntatem explicat. Limitata ergo est eorum autoritas: quatenus uerbum Dei adferunt, assentiendum est. Id quod uidere est etiam in Apostolis, de quibus minimè

2. Pet. 1.

dubium est , eorum doctrinam ex spiritu Christi
profectam , sicut & Diuus Petrus de Prophetis pro-
nunciat : Non uoluntate humana allata est ali-
quando prophetia , sed spiritu sancto inspirati , lo-
cuti sunt sancti Dei homines . Cùm Paulus Ber-
rhœg annunciat Euangeliū , dignus erat , cui si-
dem haberent , Et quia Apóstolus , & quia in tertiu
um cœlū raptus . Verum eius loci homines , inquit
Lucas , qui uerbum Dñi cum auditate suscepérunt
quotidie scrutati sunt scripturas , si hæc ita se habe-
rent . Quorum diligentia non offendit D. Apo-
stolum , qui sibi non alia ratione assentiendum do-
cuit , quām si doctrinam suam ex Prophetarum
scriptis comprobaret . Quantò uero magis opus
est hac diligentia in examinanda eorum doctrina ,
quorum mores hircinos esse fatetur Grammati-
cus noster , de quibus haud iniuria dubitaveris ,
num spiritu sancto prædicti sint , qui in externa con-
uersatione , si specie sanctitatis essent clarissimi , ta-
men doctrina ipsorum fugienda est , si fuerit impia ,
& cum Prophetica & Apostolica doctrina pugnet .
De hoc admonuit nos Apóstolus Gal. 1. Sed li-
cer nos aut angelus è cœlo euangelizet uobis , præ-
ter quām quod Euangelizauimus uobis , anathe-
ma sit . Vides Christiane lector , quomodo Ec-
clesiæ filij alligati sint Euangilio , & non homini ,
cuius uoluntas , cùm sit inconstans , ab eius latere re-
cedere

cedere licet, cùm diuersam à Christo tradit doctrinam , cui etiam , non nisi doctrinæ ratione, addi-
ctus es. Sed de hoc infrà copiosius. Nunc deli-
bare tantum uisum fuit, ut uideamus quām ineptè
apologum Aesopicum produxerit Grammaticus,
in quo suæ Ecclesiæ pastores tanquam hircos tra-
ducit, & hoc ipso ouibus Christi persuadet, ut ab
eorum latere recedant. Quòd uero arietibus con-
fert pios & Christianos magistratus, qui instar a-
rietum circumueunt populum sibi commissum , ne
lupus in ouile Christi grassetur , rectè meo iudicio
omnia . Quæ enim in hac parte sit ipsorum offi-
cij ratio , paulò post demonstrabimus. Sed quòd
arietes in eam seruitutem astringat, ut pro pastorib-
us foediissimos hircos tolerare cogantur , nec
pijs pastoribus commutare possint , infrà docebim-
us quām sit uanum. Si enim fabulis Aesopi com-
probare uoluerit, ad authorem rei ciemus fabula-
torem. Nos fabulis Aesopi scripturam oppone-
mus, cuius exempla monstrabunt, quo uicj officiū
magistratus pij proferatur in Ecclesia sine offendio-
ne Dei.

Similiter , & quod ex Homero adducit emble-
ma, quām nihil ad rem faciat, ad probandum unius
hominis in Ecclesia principatum, suo loco uidebi-
mus. Meo quidem iudicio rectius fecerit, si ope-

ram, quam insumpit ad describendos Homerius uer-
sus, collocasset in ecclesiastica historia Socratis co-
gnoscenda. Sic enim minore suæ existimationis
factura non exagitasset D. Brentium, uirum de
Ecclesia optimè meritum, aduersus quem impuden-
ter criminatur, quod falso indicio loci lectorem de-
cipere uoluerit. Cùm impius Grammaticus græ-
cam historiam Socratis nunquam uiderit, sed fra-
gmentum tantum eius historiæ tripartitæ insertū,
per transennam inspexerit, de qua tamen re postea
copiosius. Quis uero Thersitæ personam referat
in Ecclesia, in quem iure seuerius animaduertatur,
tum planum fiet, cùm cognouerimus que fuerit po-
tissima causa dissidiorum, quam maligne in nos de-
riuare cotiatus est.

Sed plusquam uerum est; quod scribit diabo-
lum omnes suas artes expedire, ut Imperatores, Re-
ges ac Principes decipiatur, hos ad se pellectos, una-
cum ipso grege, non solum à suis pastoribus abdu-
cat, uerum etiam in ipsos pastores, persuadens eis,
hos esse lupos, incitatos immittat. Eius imago est
depicta in meretrice Babylonica Apocalypsi 17.
Mulier circundata erat purpura & coccino & inau-
rata auro, & lapide precioso, & margaritis. (Non
agnoscis luxum & pompam Romani Pontificis &
Cardinaliū descriptam?) habēs poculum aureū in
manu sua plenū abominatione & immundicia for-
nica/

nicationis. Et paulò post: Vidi mulierē ebriam de sanguine sanctorum, & de sanguine martyrum.

Cupit Grammaticus cognoscere, quenam sit illa mulier? Et mulier, inquit, quam uidisti est ciuitas magna, quæ habet regnū super reges terræ. En tibi Romā descriptā, En tibi Romanū Pontificem depicū. Reipsa experior, quamuis laicus & uxoratus sis, tñ ppter hūc laborem aliquid etiā Prophetici spūs &unctionis tibi accessisse, ut instar Caiaphæ uaticinarieris de malis artibus Romanorū Pontificū, qui bus non deceperunt modò Imperatores, Reges & Principes, sed ita conati sunt subiiscere suo Imperio, ut ex poculo fornicationis inebriarētur, ueros Eccle siarum pastores tanq; lupos arcerent à grege & per sequerentur. Sed quoniam Grammaticus in suo Ae sopico Apologo persistens, hoc potissimum agere contēdit in suo libello, ut omnibus regibus ac Principibus persuadeat, ipsis fugienda esse & declinanda omnia commercia eorum, qui Romano Pontifici, & eius impietati contradicunt, & permanendum in ijs, quæ sacrificuli tradunt nomine Apostolice & Prophetice atq; auitæ religionis, Nos ea, quæ de Arrio heretico commemorat in suum locum reñci emus. Similiter ea quoq; quæ de Lutheri uita pariter & doctrina euomuit, tum expendemus, cùm de Principum officio in Ecclesia constiterit.

Postq; Grammaticus multa de Arrio & Lutherō

dixit, que ad institutum prorsus non pertinent, tamen
dem eo peruenit, ut remedium ostendar, quod malis
Ecclesie mederi queat. Et recte quidem ille ante om-
nia ad Deum precibus properandum iubet, ut ipse
afflictissimae Ecclesie suæ succurrat. Nisi enim ipse
Deus ædificauerit domum, in vanum laborant, qui
edificant eam. Nisi Dominus custodierit ciuitatem,
frustra uigilat, qui custodit eam. Deinde necesse est
singulos quoque facere suum officium, sed ne quis
preter officium aliquid in Ecclesia temerè suscipiat,
neque proteruè sumat, alterum à suo loco sibi à sum-
mo Imperatore constituto detrudat, sicut recte mo-
net, ita in eius limitibus definiendis, toto coelo, ut
dicitur, errat.

Principio tamen simplicibus lucum faciat, & illorum
oculis nebulas effundat, à cōdito orbe recenset quo
modo Deus in Ecclesia sua hos duos ordines con-
seruauerit, politicum & ecclesiasticum, & quod fœ-
lix sit respublica in qua singuli suū faciunt officium.
Sicut factum est tempore Abrahæ & Melchisedek.
Cùm autem extra controuersiam positum sit, pœna
non uacare, qui sit ἀλογιστικός, sicut D. Petrus
monet, quo consilio hæc prefatus sit, infrā uidebi-
mus. Vnum saltem hic monendum duxi, admodū
ineptè hoc transcriptum incerti autoris dictū: Tu
supplex ora, tu protege, tuque labora. Quod equipol-
lere uidetur ei, quod Ioannis cap. 7. scriptum est.

Nun-

Nunquid ex Principibus aliquis credit in eum, aut ex Phariseis? Sed turba hęc, quae non nouit legem maledicti sunt. Nota est sacrificiorum arrogantia, qui suas preces uendant, non aliter, quam si prorsus alienum esset ab officio Principum & subditore orare. Vos cūm sitis laici, inquiunt, & alijs rebus occupati, non uacare potestis orationi: Vos Principes gubernate Rempublicam, iudicate inter causam & causam &c. Rustici instar iumentorum laborate, Nobis uero committite cultum Dei, qui nostris precibus & oblationibus uobis Deum placare possumus. His præstigij hactenus Principes cum subditis sunt miserè decepti. Sed cūm sit politico ordini suus restitutus honos, quem impie obscurauit hoc ociosum genus hominum, ita didicerunt etiam laborare rustici, ut precibus impurissimorum sacrificiorum, non amplius ea securitate committant animas suas, qua stulta credulitate illis hactenus numerarunt argentum, sed non in panibus, ut Esaias loquitur: & laborem suum, sed non in saturitate. Cūm enim omnem substantiam erogarunt miselli rustici sacrificulis ad pacificandas conscientias, inanes tamen sunt dimissi, edociti scilicet nescire hominem an odio uel amore Dei dignus: incertiores, ut ille apud Comicū ait, q̄ antea. Quare hoc dictū seruiens impietati & ocio sacrificiorum, & obscurās ordinē politicū explodat.

Postea descendit ad Rem publicā Israelis, post
egressum ex Aegypto per Moylen & Aaronem ad
ministratam, latis legibus de politia & Ecclesia, ut
de uoluntate Dei constaret in utroq; & de autorita
te summi sacerdotis, producit locum ex Deut. i 7.
ubi sic scriptū legitur: Si difficile & ambiguū apud
te iudiciū perspexeris, inter sanguinem & sanguinē,
causam & causam, lepram & lepram, & Iudicum in/
tra portas tuas uideris uerba uariari, surge & ascen/
de ad locum, quem elegerit Dominus Deus tuus,
ueniesq; ad sacerdotes Leuitici generis, & ad Iudi/
cem, qui fuerit illo tempore, quærerisq; ab eis, qui iu/
dicabunt tibi iudicij ueritatem, & facies quodcun/
que dixerint, qui presunt loco, quem elegerit Domi/
nus, & docuerint te iuxta legem eius, sequerisq; sen/
tentiam eorum, nec declinabis ad dextram necq; ad
sinistram. Qui autem superbierit, nolens obedire
sacerdotis imperio, qui eo tempore ministrat Dño
Deo tuo, ex decreto Iudicis morietur homo ille, &
auferas malū de Israel, cunctusq; populus audiēs ti/
mebit, ut nullis deinceps intumescat superbia. Ha/
ctenus Mose. Hanc sententiam suo instituto accom/
modat, eaq; confirmare conatur quicquid Romani
Pontifices cum senatu Cardinalium & sacrificulorū
statuerint in religione, id uerum, iustum, legitimū,
adeoq; diuinum & ipsius Dei iudicium esse. Et qui/
cunq; se le huic sententiæ latæ opponat, interficien/
dum

dum, quod non hominis contradicat sententia, sed
Deo mendax & iniustum iudicium impingat, ade-
oꝝ in spiritum Dei blasphemia sit inexpiabilis. Id
quomodo efficiat operæ premium est considerare.
Principio deprauat ipsam sententiam Moysi, dum
eam tanquam promissionem, & non tanquam man-
datum Domini uult intelligi, cuius haec sit senten-
tia: summum iudicem ita gubernari à Deo, ut nihil
contra legem aut alienum à lege sit facturus, sed iu-
dicaturus sit semper iuxta legis diuinæ præscriptū,
propterea, ꝑ locum summi iudicis occupet. Nam
uerba, quæ sequuntur, Et docuerint te iuxta legem
eius, dicit hanc habere emphasis, facies quodcunq;
dixerint & docuerint te, eo ꝑ id facturi sunt iuxta
legem eius. Et omniū eorum sententiam reprobat,
qui Lyrani explicationem sequuntur eo in loco, cu-
ius uerba nō piget huc adscribere. Sic enim scribit
Lyra. Nec declinabis ad dextram uel sinistram &c.
Hic dicit glosa hebraica: Si dixerit tibi, quod dex-
tra sit sinistra, uel sinistra dextra, talis sententia est te-
nenda. Quod patet (inquit Lyra) manifestè falsum,
quia sententia nullius hominis cuiuscunq; sit auto-
ritatis est tenenda, si contineat manifestè falsitatem
uel errorem. Ethoc patet per hoc, quod præmitti-
tur in textu, iudicabunt tibi iudicij ueritatem. Po-
stea subditur: & docuerint te, iuxta legem eius. Ex
quo patet, quod si dicant falsum, uel declinet à lege

Dei manifestè, non sunt audiendi.

Hactenus Lyra.

Hanc Lyræ, & omnium eorum, qui Lyram sequuntur, sententiam, quæ uera & genuina huius loci explicatio est, duabus friuolis rationibus euertere conatur. Prima est: Si hæc Lyræ sententia constaret, promissio fieret incerta, qua Moïse dixerat: Qui iudicabunt tibi iudicij ueritatem. Sed hoc est incertū per æquè incertum probare. Recte quidem ipse, si promissionis sermo esset, colligeret, sed de hoc ipso inter me, & Grammaticum controvèrtitur, & postea exemplis luce meridiana clarus demonstrabimus, quòd promissionis nomine non queat uenire.

Altera ratio est nostri Grammatici: Si non est promissio, sed mandatum, sequeretur, illos, qui ueniunt ad Iudicem, nō uenire tanq̄ hi, qui iudicium petunt, sed tanq̄ iudices sententiæ ipsius Iudicis, quo quid possit dici absurdius? Sed quām friuola sit consequentiæ ratio, iam pridem in ἀρχαὶ γενεῶν Brentij demonstratum est. Non enim iudicis officium tollitur, sed confirmatur, cùm etiam ipsi subdit, inter quorū causam & causam summus Pontifex iudicat, legem adferant ad suæ cause bonitatē comprehendandam. Et cùm secundū legem, siue ex lege iudicium formare cogatur summus pontifex, legis auctem cognitio etiam à populo exigatur. Deut. 6. Non

IN PROLEGOM. IOAN. BRENT. 27
si sub maledictione esse uelit, quis litigantes arceret à iudicio, quod ex lege Domini colligunt, ut etiam de iniuitate Iudicis cognoscat, siquidē ille uel minoribus corruptus, uel minus rectè institutus, aut affectu aberrans à uera causæ cognitione, iniquam feret sententiam. Nec propterea per litigantes defor-lio suo deturbatur Iudex, si maximè eius iudicium improbat, quin parati etiam patienter subire mortis poenam, qui pleno ore iniquam Iudicis sententiā reprehendunt; malunt enim capite plecti, q̄d in iustum sententiam probare, siquidem peccatum nō est iniuriam patiēter ferre, sed q̄d iniustum est probare, non caret Dei offensa. Sed ut locum Mose recte intelligamus, operæ premium est, quæ iudiciorū forma fuerit in Republica Israelis, cognoscere. Principio, quid ea de re scribat Iosephus, uidea-

Αρχέσθωταρμένασκυτόλιμάνησες έπτασί. Επι την αρχετήνη γούλαρχεσιολογία
την ποδή τό δίκαιον ανθρώπωροσκότες. οκάσινδέλαρχηδύνοάνησες ν. ας Ιουδαία
τηρεται μηδέδιαζαν καὶ τὸν λευτῶν φυλῆς ἐσωσαρμένη ὅι δημάδην πᾶς λόγος
λαχόντες ταῖς τόλεσιψηψ ἀτάσιτηπ, ἀς μητε βλασφημεῖπεκέναμη Δ.κεφ.η.
ταξρόντωμητε θρασύνεδης τίσιψερεῖναι της τρέσης τὸς γύναξιώματι
τῶν άνθρωπων καὶ δέος αὐτῶν εὐλαβεῖσθρος, ἀς τὸ δεῖδη μη παταγρε,
νηψάπτεργυαζομένης. εἰδὲ δημασεῖ ἀποφίνασθη κύριοι ποδει τό δημόσιον
τοσ αὐτοῖς ἐσωσαρ, πληρὺι μητε λειματας λαζόντας της αὐτούς ἐπι
δημαρθρεῖτο δημιατο ψηλάζειτε, πάλλημ τηνα ἀτίαν προφέροι, καθην
δημαρθρεῖτο δημιατο ψηλάζειτε, πάλλημ τηνα ἀτίαν προφέροι, καθην
τε ἀξιώματε προσηκε φανερὰς τωνεσθαι τὰς πείσεις, αλλά

Ἐπίσκοποι ἐτάνω πάνταρ τιθεμένος. ὁ γάρ θεὸς ἐν ὑπώρεια δόξαις καὶ
ταφεούεις οὐδὲντερος ἐπείνων οἱ ἄντις πετεῖ φόβοις ἰσχύος
προστίθητεν θύμφουκαριάς. τῷ γάρ θεῷ ἴσχυς δὲ τὸ οἰκανοῦ. τοῖς
τοῦ γὰρ ἀξιώμαστι τυγχάνοντις πετεῖ φόβοις τοῖς ἐπείνοις τῷ θεῷ μη
νατωτέρος ποιεῖ. Ανδὲ οἱ οἰκανοῖ μὴ νοῶσι ποθεὶ τῷρετὸν ἀντοῖς παρεῖ
τεταγμένοις ἀποφίνεις, συμβαίνει δὲ πόλλα ποιῶντας τοῖς ἀνθρώ
ποις, ἀπέραιοις ἀνατεμπετώσαγε τὸ οἰκανόν τοις ἱεράρχαις πόλιμοι, οὐ
λύθοντες οὐ, τε ἀρχιερεύστης οὐ προφήτης οὐ γραντίχ, οὐ προσούν
πρωφατισθωσαρ. Hactenus Iosephus, ubi docet ad oīs
generis cōtrouersias dirimēdas, in singulis ciuitatī
bus, Iudices & Leuitas præfectos ut ius dicerent. In
causis autē difficilioribus & obscurioribus, ubi Iudi
cū & Leuitarum deficiebat cōsilia, summū erat in
Repub. Israelis constitutum iudicium, quod quale
fuerit Lyra docet. In his casibus & consimilibus,
inquit, recurrendum est ad superiores Iudices, scī
licet ad summum sacerdotem & Iudicem populi Is
rael. Et aliquando, inquit, contingebat, q̄ utrumq̄
officium in unam concurrebant personam, sicut p̄
tet de Heli, qui fuit Iudex & summus sacerdos po
puli. 1. Sam. 4. Sed ut communius distinctæ erunt
personæ, sicut & officia. Potest ergo intelligi ille re
cursus ad utrumq̄ coniunctū. Et hoc erat in causis
quæ non poterant terminari ab uno sine alio, ut po
te in ædificatione templi, quæ non poterant fieri, si
ne Regia potestate, nec disponi sine sacerdotis ordi
natione: uel diuīsim, ut in causis spiritualibus esset
recursus ad summum sacerdotem, & in temporalib
us

bus ad Iudicem &c. Ex his constat, præter ea, quæ Moyses describit, quæ fuerit iudiciorum ratio in Repub. Israelis. Sed quoniam Iosephus de summo iudicio scribit. ὅτι ἀρχεγών τοῦ ὑπερφύτου, καὶ οὐ γένος οὐκαιρία τὸ σόκον, ὁ τεοφανεῖσθωσαν, περὶ τὸ σόκον ad deliriū suum detorqueat Grammaticus, Cùm nostra expli catio illi sit suspecta, Glosæ ordinariæ uerba affere mus super eundem locum, cui detrahere nefas iudi cabit. Si difficile) super hæc uerba habet glosa, Sa cerdotes Ecclesiæ Dei instruit, ut iudicia ecclesiasti ca, secundum potestatem sibi à Deo datam reueren ter agant, & iustè discernant, non ad libitum suum, sed secundum legis decretum, ne suscipiendo perso nam, mutent sententiam. Et paulò post, super hæc uerba: Iuxta legem.) Nota non dicitur tibi, ut obe dias, Nisi iuxta legem docuerit. Vnde super cathe dram Mose sederunt scribæ & pharisæi. Hæc Iosephi, Lyræ & Glosæ testimonia & uerba, si confe ramus, liquidò constabit uerus & genuinus huius loci sensus, quem Grammaticus cum suo consortio miserè deprauat. Quorum summa est: si per inferio res iudices in singulis ciuitatibus constitutos causa definiri non queat, referendum esse ad supremum Iudicem, in sancta ciuitate constitutum, sicut Iosephus loquitur. Deinde sacerdoti Prophetæ & y= sevæ non datam absolutā potestatem, ut quod ue lint, iudicent, sed dent operam, ut ipsorum iudicia

sint diuinæ legi conformia. Tertiò non tenentur o/ bedire (per approbationem, sic enim libet mitigare glosam, ne nimis dura uideatur Grammatico) sub/ diti, nisi iuxta legem iudicauerint. De his tribus ca/ pitibus si libet Grammatico, contendat cum nomi/ natis autoribus, si Moſe uerba non sunt satis clara & perſpicua, que omnia cum huius Grammatici com/ mento ex diametro pugnant. Et ut rem similitudi/ ne explicemus rudioribus, perinde factū est in Re/ pub. Israelis, ac si Princeps suis subditis responde/ ret, qui quotidie suas querelas ad ipsum referunt. Agite dilecti subditi, ego si maximè cupiam, non ta/ men possum omnium cognoscere causas, sed ne cui/ fiat iniuria, singulis oppidulis præfeci, ræfectos, il/ lis seuerissimè iniunxi, ut uelstris causis cognitis ue/ ritatem iudicij sine personarum respectu iudicent. Et ne de ipsorum fide dubitarem, eam mihi iureiu/ rando obſtrinxerunt. Ad illos ergo referte cauſas ueſtras. Si uero dubitatis de eorum iudicio, supre/ mum in ducatu habeo iudicium, & illi mihi fidem ſuam dederunt, ad eos uobis, tanquam ad supremū iudicium prouocare licebit, qui iudicij ueritatem uobis iudicabunt. Hæc Principis uerba, uidentur quidem, si prima fronte inspicias, promiſſioni ſimi/ lima, uerūm quia ſele ad fidem referunt supremi iu/ dicis, nihil aliud ſunt quam narratio mādati, quod ſummo iudici dedit. Nec Princeps fallit, qui diligē/ ter

ter præcepit iudici ueritatem iudicij: neq; si subditus hoc grauetur iudicio Principi imputari potest. Etsi Principi displiceat supremi iudicis iniqua sententia, quam contra datam fidem & Principis uoluntatem tulit, Nec dubium, Principem compensaturū damnum, si subdito iniuriam factam esse resciuerit. Simili ratione factū est, per Moysen principe populi, qui populū in grauissimis causis ad summū sacerdotem ablegauit. Et quod dixit: qui iudicabit tibi iudicij ueritatem, repetitio est mādati, quod iudicij iniunctum est, ut rectē iudicet. Et iudices obsecuturos huic mandato, populo spem facit Moyses. Quòd si summus iudex iniquè iudicet, sicut multæ extant apud Prophetas querelæ, Mose uanitatis argiu nō potest, qui plebem deceperit, cùm iudici officiū seuerissimè iniunxerit. Nec subditi contra Moysen murmurent, sed cùm ab huius sententiā prouocare non liceat, iniuriam patienter ferunt, & totū negotiū Deo cōmittunt, nō sunt in iudicē contumeliosi, sed Deo uindictā dant, qui suo tempore retribueret.

Quæ omnia cùm ita se se habeant, ut dictum est, luce meridiana clarius demonstratū existimo, sententiā Moysi Deū. 17. siue de politicis siue ecclesiasticis intelligatur causis & cōtrouersijs, ab Embricēsi nostro Grāmatico esse horribiliter depravatā, q; cōtendat, eā simplicē promissionē esse nō mādati repetitionē, & q; summo Pōtifici liberā potestate tribuat

iudicandi de controversijs fidei & religionis, ex*clu*sa conditione, quam Moysi addit, & explicatione Lyre abiecta, quæ eius opinionem refutat. Sed ne quis dubitet, hāc, quam attulimus, esse germanam huius loci sententiam, cum qua Grammatici signētum consistere non possit, uideamus exempla, quibus comprobetur, hanc non posse referri ad causas fidei & cultus Dei, nisi ratione mandati, uidelicet ut secundum legem iudicet, ad cuius sententiam, tanquam summum iudicium prouocetur. Vriam sumnum sacerdotem fuisse Hierosolymis non negauit Grammaticus, eius facinus exigamus ad hāc (ut Grammatico placet) promissionem, & uideamus, num uera sit promissio, An uero, si promissio non sit, contra legem Domini fecerit Vrias. Impius Rex Achaz, sicut 4. Reg. cap. 16. legitur, mittit ad Vriam sacerdotem exemplar altaris Damasceni & similitudinem iuxta omne opus eius, petens, ut simile in templo Domini extruatur. Ex populo dubium nō est, quin fuerint, in quorum oculis hæc res fuerit horribilis abominatio contra legem Dei, scilicet in templo Domini extrui altare ad imitationem gentium. Cūm autem hæc res sit delata ad summum pontificem, qui iuxta ueritatem promissionis diuinæ, iudicabit iudicij ueritatem, Expectemus eius sententia. Sequitur in eodem loco: Extruxitq; Vrias sacerdos altare, iuxta omnia, quæ preceperat Rex Achaz de

D^o

Damasco ita fecit sacerdos Vrias. En summi iudicis sententiam. Queritur autem de huius iudicij ue ritate. Summus sacerdos extruxit altare, qui huic contradicit, is moriatur secundum Iudicis sententi am. Impingit enim secundum Grammatici nostri sententiam iniustum & mendax iudicium spiritui sancto: contrà uero qui probant hoc summi sacerdotis factum, quod cum manifesta lege Domini pugnat, hi secundum legem faciunt, hi Deo grati & accepti sunt. Quis quelo sane mentis homo non agnoscat, talia asseuerantem furiosum esse, & sensum com munem pariter cum ratione amisisse? Nam si exanimetur factum ipsius, & ad legem Dñi exigatur, manifestum est iudicium hoc sacerdotis, quod iudicauit obsequendum mandato regis, esse iniustum, falsum, impium, blasphemum. Non ergo iudicauit ueritatem iudicij, quia non secundum legem, sed contra legem, in gratiam regis censuit faciendum. Tempore Eliae, Ieremiae, Ezechielis quomodo ue ritatem iudicij iudicauerint sacerdotes, ipsorumque reges testantur. Isa. cap. 56. Ier. 5. 6. Ezech. 23. & 22. Si milia exēpla in prolegomenis Brentij uideat Christianus lector, ad quæ Grammaticus ne uerbo quidem responderet. Aut enim Prophetæ iniustè ipsos apud populum accusarunt, aut sacerdotes non iudicarunt iudicij ueritatem. Et uicissim iure persecutio nem ab his Prophetæ passi sunt, quod superbientes

Hier. 19.

noluerint obedire sacerdotis imperio, aut summos
sacerdotes non iudicasse iudicij ueritatem, qui hoc
nomine à Prophetis grauiter accusabantur. Ideo
nec promissionem fuisse constat, quod apud Moy-
sen scribitur, de sacerdotis summi iudicio, ad quod
populus ablegatus erat. Sed audiamus eius rei illu-
stre exemplum in Hieremias Propheta, qui contra-
dixit summo iudici, & uideamus, superbia ne factū
sit an pietate, quod summi pontificis imperio nolu-
erit obedire. Hieremias Propheta ex mandato Dñi
in oculis suorum conterit lagunculam, & conciona-
tur hoc symbolo & sermone, de futura calamitate,
fore ut breui sic quoq; conteratur populus iste & ci-
uitas ista, sicut conteritur uas figuli, quod non po-
test ultra instaurari. Hæc Prophetæ concio defertur
ad summū iudicem, qui tūm titulotenus seruiebat
in domo Dñi. Erat enim populo ingrata concio, et si
Propheta quoq; suos habebat ad stipulatores. Au-
diamus summi sacerdotis Phassur sententiā, qui nisi
iudicij ueritatē iudicauerit, uanitatis arguetur pro-
missio. Et inquit Propheta: Et percussit Phassur Hi-
eremiam Prophetam, & misit eum in neruum. Si re-
cte iudicauit sacerdos, dicendum erit peccasse Pro-
phetam Hieremiam, qui contra uoluntatem sacer-
dotis, de captiuitate populi & deuastatione regni
cionabatur. Sed quis Prophetam dicet peccasse,
qui imperata facit à Domino: Si uero Propheta suū
officium facit, sibi à Dño cōmissum, sequitur sacer-

Hier. 20.

IN PROLEGOM. IOAN. BRENT.

dotis Phasur iniustū fuisse iudiciū, q̄ iudicat Propheta & plagi & carcere dignū. Sed audiamus quoque senatū huius supremi consulis in ciuitate Dei, si forte in eo iustū iudiciū, siue, ut scriptura loquitur, iudicij ueritatem inuenire queamus. Venite (inqui Hier. 18.) & cogitemus contra Ieremiā cogitationes. Nō enim peribit lex à sacerdote, necq; consiliū à sapiente, nec sermo à Prophetā: uenite & percutiāmus eū lingua, & nō attendamus ad uniuersos sermones eius. Habes iudiciū quoq; senatus, quē cōsul Grāmatīcī adhibet in consiliū, is damnat quoq; Ieremiam, quod arguat sacerdotes ignorantie legis, & Prophetas ipsorum uanitatis. Aut igitur Prophetā Ieremias errat, aut consulis cum senatu, hoc est, summi sacerdotis & Leuitarum iudicium de doctrina Prophetæ est falsum. Sed pr̄stat uidere exemplum Caiaphæ & totius synodi, cuiusmodi iudiciū illi contra Christū tulerint. Caiaphas sumimus fuit sacerdos, quapropter in ambiguis defertur illi iudiciū. Est autē controversia de doctrina Christi, de qua nō erat idē oīm iudiciū. Quidā (ingt Ioannes) dicūt: bonus est, alij autē dicebant, non, sed seducit turbas. Et iterē quidā dicūt, Hic est uerē Prophetā, alij dicebāt, hic est Christus. Quidam autē dicebāt: Nunquid à Galilea uenit Christus? atq; ita dissensio facta est in turba ppter eū. Cūm igit̄ dubitatur de doctrina Christi, & populus ambigeret, Christo ne adh̄erere debe

scen. 5. ant, qui sese profitebatur lucem & uitam: an uero
Phariseis, qui sanctitatis nomine clari erant in po-
pulo. Cui igitur defertur iudicium summum in hac
dissensione & contiouersia: Prouocat ne Christus
ad iudicium summi Iudicis, ut iudicet iudicij uerita-
tem: Nihil minus facit Christus, sicut paulo post au-
diemus, sed ab illius iudicio ad scripturam: Scruta-
mini, inquit, scripturas, quia uos putatis in ipsis ui-
tam æternam habere, & illæ sunt, quæ de me testi-
monium perhibent. Sed ne suo iure priuetur Caia-
phas summus sacerdos, ipse sibi cum suo senatu su-
mit iudicium de Christi doctrina, super qua dis-
sensio orta erat in populo. Hanc, ut paucis omnia
dicam, pronunciat Caiaphas cum suo concilio, legi-
timè scilicet ex sacerdotibus & senioribus populi
collecto, blasphemam: sic enim Euāgelista testatur.
Cūm summus Pontifex Christum adiurasset per
Deum uiuum ut diceret, Num ipse esset Christus fi-
lius Dei uiuēris. Et Iesus ei respondisset: Tu dixisti,
ueruntamen dico uobis, à modo uidebitis filium
hominis sedentem à dextris uirtutis Dei, & uenien-
tem in nubibus coeli. Tūm princeps sacerdotū sci-
dit uestimenta sua dicens, blasphemauit. Quid ad
huc egemus testibus, Ecce nunc audistis blasphemati-
am, quid uobis uidetur? At illi respondentes dixe-
runt, mortis est reus. Hactenus Euāgelista. Habe-
tis nunc supremi Iudicis sententiam, in qua dijudi-
catur

catur controuersia de doctrina Christi, uidelicet blasphemam esse uocem Domini nostri Iesu Christi, qua afferit, se esse Christum filium Dei uiui. Nunc queritur de ueritate huius iudicij. Si enim summi sacerdotis iudicium de doctrina Christi est iustum ac uerum, sequitur doctrinam Christi blasphemam esse, qua se se pronunciat Christum esse filium Dei uiui. Si uero Christi doctrina uera, sequitur summi sacerdotis iudicium esse iniustum & blasphemum. Hic noster Embricensis, ut suum errorem, quem semel concepit animo, tueatur, non ueretur pronunciare Caiapham summum pontificem contra Christum iudicasse iudicij ueritatem, hoc est, iudicium Caiaphæ contra Christi doctrinam fuisse iustum, & legi atque voluntati diuine consentaneum. O extre-
mus uiri fratres! Quis mortalium tam blasphemā uocem audiuit unquam ex ore hominis, qui se se Christianum profiteatur? Mirum si terra ferat tam blasphemum hominem, qui in uiuum deglutiatur. Eo ne-
res uestræ deuenerunt, qui ueritatem Euangeliū ex-
ofam habetis, ut ad tuendam impietatem uestrā & auto-
ritatē, quā tyrannice in Ecclesia Christi tot annis u-
surpastis, impiuū Caiaphæ iudicium contra Christum
iustificetis? Hæc cīne sunt uestra presidia extrema,
reliquis armis omnibus amissis, ad quæ ad extre-
mū confugitis? Non puto quenquam in uniuerso

Papatu eò proteruiæ & impietatis progressum, ut
hanc Grāmatici tam enormiter blasphemā uocem
sustinere queat, qua sibi uidetur pulchrè autoritatē
& dignitatem successionis ordinariæ afferere. Sed
uideamus rationem, qua impiū, & iniustum iudici-
um summōrē pontificum aduersus Christum iustifi-
cet. Videtur enim talem colorē inducere, quo etiā
circūspectos se se posse decipere persuasum habet.
,, Quis non uidet (inquit Embricensis) q̄ iniustū fue-
,, rit iudicium, q̄ falsa sententia, quantū ad Pontificē,
,, & huius senatum attinet? Nam hi ex odio, liuore,
,, falsis testibus, mēdacibus criminibus, procedebāt.
,, Quantum uero ad iusticiā Dei Patris & uoluntatē
,, unigeniti filij eius, iusta erat sententia & iudicij ueri-
,, tas. Cūm nō queat personas excusare, sententiam tñ
contra Christum latam impudenter & sceleratē de-
fendere conatur. Hoc solum reprehenditur in sum-
mo Pontifice & senatu eius, q̄ ex odio, & liuore, fal-
sis testibus ac mendacibus criminibus procedebāt
contra Christum. Verū ipsa sententia, qua illum
yanq̄ blasphemum declarant, & qui reus mortis si-
pronunciant, esse iustissimam sententiam, adeo q̄
iudicij ueritatem. Quis enim ad hanc blasphemā
uocem non perhorrescat? Agite ergo, & excuse-
mus seu potius absoluamus ipsum Pilatum, qui con-
tra Christum non procedebat ex odio, liuore, falsis
testibus, & mendacibus criminibus. Sed contra uō/
luntatem

luntatem suam, ut summi pontificis satisfaceret po-
stulationi, Christum crucifigendum tradidit. Sic
enim inquiunt: Legem habemus, & secundum
hanc legem debet mori. Quæ est lex illa? De bla-
phemis, ut opinor, Leuit. 24. Qui blasphemauer-
it nomen Domini, morte moriatur. Secundum
hanc legem pronunciat summus pontifex Christo
esse moriendum, quem antea blasphemiae dam-
nauerit, quod affirmaret se esse Christum filium
Dei uiui. Quid quæso magis blasphemum, quam
filium Dei asserentem & suam & Patris gloriam,
blasphemiarum reum agere? Si enim hæc uox
Christi blasphema est, blasphemus erit & Aposto-
lus Diuus Petrus cum collegis, qui inquit, Tu es
Christus filius Dei uiui; blasphemus erit Hieremi-
as, qui inquit de Christo: & nomen eius יְהוָה Iu-
sticia nostra. Et Esaias, qui Christum appellat
Deum fortem. Imo & ipse Deus Pater, qui de cœlo
testatur: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi
complacui. Sed quid ego hæc commemorem? tot
enim blasphemias colligerem, quot extant in scri-
ptis Propheticis & Apostolicis de diuinitate Chri-
sti testimonia. Quid extreme impietatis homo hic
noster Græmaticus non faciet. Si enim hæc sententia
summi pontificis uera est, & iustum iudicium, Chri-
stus ipse blasphemus fuit in Deum patrem. Si uero
ipse blasphemiam cōmisit, quomodo tantū scelus
expiare potuit pro alijs, cuius ipse reus agitur?

Vt igitur Christus scelerata nostra, sua passione expiataret, sicut ipsum innocetem esse & iustum oportet. Ita mortis sententiam, aduersus ipsum latam iniustissimam fuisse necesse est. Sed inquit Grammaticus noster, sceleratus, indignus, qui hunc intueatur solemnem Christum, qui pro sua persona innocentissimus fuit, pro nobis peccatoribus fese Deo patri adstrinxisse, & hac ratione patrem iuste has penas exigere ab eo, haud secus, q̄d si quis nostrum pro alio promittat alicui se pensurum, quod ille alius debuit, iustissime facturus sit ille, cui facta est obligatio illa pro alio, si id, ad quod ille, qui se obligauit ultrò, ipse ex pacto exigat. Neq; eius, qui se obligauit est prescribere illi, cui facta est obligatio, per quos debeat hoc debitum exigere. In illius, qui obligatione recepit, potestate est constituere ad hanc exactiōē eos, quos ipse uult. Deus pater pro sua diuina & immutabili iusticia uoluit ab unigenito filio suo penas exigere, quas cùm nos deberemus, ipse unigenitus filius in se receperat pendendas. Has penas uoluit per legitimam potestatem à se ordinariè institutam exigere. Ad hanc exactiōē iudicauit magis idoneos inclementes illos, quam alios. Quis enim clemens, mitis ac pius non exhorrescat ita tractari filium Dei? Peccata hic erant punienda non filij Dei, qui nullum fecerat peccatum, sed nostra in filio Dei, qui hæc in se expianda receperat. Nonne uerè scripsit?

ptum est in lib. lob. 34. Qui regnare facit hominem
 hypocritam propter peccata populi. Et paulò post:
 Videtis (inquit) quām mirabiliter Deus iusticiam
 & ueritatem suam illibatam conseruet in iudicij s il
 lorum, quos ipse in cathedris ad iudicandum con-
 stituit, quantumuis ipsi longè à iusticia recedant.
 Quod dum faciunt, ipsi quidem iniusticiæ suæ poe-
 nas dabunt, Deus autem interea conseruabit eos, ^{ee}
 qui secundum ordinem & mandatum ipsius submit- ^{ee} Nota!
 tunt se illis, non solum propter iram, sed etiam pro- ^{ee}
 pter conscientiam, iuxta uerbum Apostoli Rom. 13. ^{ee}
 Hactenus uerba Grammatici recensui, quibus sen-
 tentiam suorum pontificum, aduersus Christum la-
 tam, tanq; iustum & legi consentaneam tueri cona-
 tur. Eius argumentū ut intelligenti rudiores, ad me-
 cas artis docendi referamus. sic enim argumētatur.
 Sententia summi Pontificis contra peccatum lata
 iusta est. Christus suscepit peccata nostra expianda.
 Ergo sententia summi pontificis, contra Christum
 lata est iusta. In hoc syllogismo uident pueri, esse
 quatuor terminos, quare ad maiorem respondeo.
 Summi pontificis iudicium nō fuisse contra pecca-
 tum Christi, hoc est, Summus pontifex Christū ad-
 iudicando morti non respexit peccata Christi, quæ
 nulla erant, nec peccata nostra, quæ Christus expia-
 re uoluit. Sed quod in Christo adorandum erat, id
 summus pontifex blasphemiam esse pronunciat di-

gnum morte. Quare consequentiā in argumēto cōstat esse nullā. Et manet summi pontificis sententia in eternū iniusta. Alter syllogismus est nrī Grāmatici

Sententia diuīng uoluntati conformis est iusta. Summi pontificis sententia est conformis uoluntati diuīng. Ergo est iusta. Minorem probat ipse Grāmaticus: Sic scriptū est, inquit, Oportuit Christum pati. Et iterū: Legem habemus, & secundū eam debet mori. Cūm ergo hanc Dei uoluntatem perfecrint summi Pontifices, sequitur ipsorū iudicium iustum fuisse. Ad minorem respondendum est, quod nō sit simpliciter uera. Cūm enim causæ uolūtatis diuīng cogitantur, siue efficiens siue finalis, prorsus contrarie sunt causis summorum pontificum, quibus permoti Christum capite damnarunt. Deus Pater motus misericordia erga genus humanū, uoluīt filium pro illo uictimā fieri, ut Deo reconciliati, hanc Dei Patris in filio prestitam misericordiā celebrēt. Summus autē pontifex nulla humani generis ratione habita, quā prorsus ignorat, ex odio & liuore, Christū in manus peccatorū tradit, ut occidatur & ē medio tollatur, qui sua doctrina rationes ipsorum inuertit. Cūm ergo causæ impulsuæ & finales diuersas sint, quis nisi furiosus & mente captus, dicet idem uoluisse summum pontificem quod Deum ipsum? Hęc sophismata in scholis pueris sunt nota, quapropter miror, qua inscitia seu potius malicia, in nego-

uio tam graui audeat & Deo & hoībus illudere Grā
maticus, dignus in quē animaduertatur ex ēplo Ca
milli, qui Ludimagistrum Faliscorū nudatum & à
pueris cœsum in urbem remisit, q̄ in obsidione op
pidi, quasi spaciatū egressus esset, Faliscorū filios Ca
millo hosti tradiderat. Crimē nostri calefactoris &
proditoris hoc atrocius est, quō pluris faciēda est e
terna salus, q̄ hęc uita caduca & fragilis. Hic em̄ mi
seram pueritā hac impietate à teneris imbuit unde
illis æternū exitiū creatur. Sed ut ad argumentū re
deamus, cōmendat hoc summorum pontificū iudiciū
supra modū Grāmaticus. Quod uidelicet per hoc
Deus perfecerit salutē nostrā, q̄ in eo sit lex con
summata. Sed audiamus ipsius collectionē. Cū ad
iuratus à pontifice, ut diceret eis, an ipse esset Christ
stus filius Dei, cōfiteretur, se hūc ipsum esse, nōnne
satis confirmauit, se secundū legē debere mori? Vi
de quam procreationē salutis nostrę adscribat sum
mo pōtifici, Cū in lege adumbrata sit mors Christi,
introducit hic summum pontificem tanq̄ anxiè in
quirentē, num ipse sit Christus ille, qui sua morte
sit uniuersum genus humanū redēpturus? Huius
uoluntati dū respondet Christus, se hunc esse uirū,
Caiaphas inferat, ergo ei moriendū esse. Quid tibi
uidetur pie ac Christiane lector de Grāmatico, insa
nire ne, an uerò cum Deo ludere? Deus procurauit
salutem nostram per iudicium summi sacerdotis,

Ergo sacerdotis iudicium iustum est, quod omnes
hoies probare tenentur, non tñ ppter iram, ne ex
sententia Iudicis moriantur, sicut Moysi uerba ha-
bent, sed etiam propter conscientiam. Pueri in scho-
lis didicerunt huius fallaciæ nodum soluere, quæ
dicitur accidentis. Accidit enim iniustissimo consi-
lio impiorum sacerdotum, ut Dei bonitate iniquissi-
ma sententia summorum pontificum, æterna no-
stra salus & redemptio procuraretur. Hanc fallaciæ
alia exornauit, quæ est à particulari ad uniuersale.
Caiaphas semel prophetauit, Ergo omnia illius di-
cta, oracula diuina fuerunt. Camillus hoc loco desu-
deratur, qui aduersus hunc Grammaticum infici-
tiudatum, pueros uirgis armaret, ut se quam primū
in scholam ad fabulas suas Aesopi profitendas reci-
pere.

Multò absurdius est, quod ex Matthæo adser-
tibi Christi dictum prorsus in alienum & impium
sensum detorquet: Super cathedram Moysi sedetur
Scribæ & Pharisei, omnia ergo, quecunq; dixerint
uobis seruare & facite, secundum opera uero eoru-
nolite facere. In hac sententia signum uniuersale (om-
nia) quod ad precedentia pertinet, uidelicet quate-
nus sedetur in cathedra Moysi, Quicquid ex lege Mo-
ysi docent, Non quando sedent in cathedra irriso-
rum, in qua depravationes legis fabricantur, sine
omni restrictione explicat, ad probada omnia som-
nia

nia Phariseorum, cùm Christus dicat: Omnia quæ
cunctæ dixerint uobis facite. Sed q[uod] non fuerit hæc
Christi sententia, aliâs docet, cùm suos moneret, ut si
bi caueant à fermento Phariseorum, quibus huma-
nas traditiones docentibus, si obtemperent, sciant
se frustra colere Deum hisce traditionibus Pharise-
orum & Scribarum, hoc est, legislatorum. Et iterū:
Omittite illos, cœci sunt, & duces cœcorū, ubi de Pha-
risorum doctrina fit mentio. Et iterum: V[er]e uobis,
Scribē & Pharisei hypocritæ, qui clauditis cœlum
ante homines, uos enim non intratis, nec introeun-
tes sinitis intrare &c. Si uero placet sine omni restri-
ctione uerba Christi accipere, uideamus, quæ ab-
surda sequantur. Ioan. 7. Pharisei precipiebant suis
ministris, ut Christum caperent. Item dehortantur
eos, ne ipsius assentiant doctrinæ. Num & uos, in-
quiunt, seducti estis? Nunquid ex Principibus ali-
quis credidit in eū, aut ex Phariseis? Sed turba hæc,
quæ non nouit legem maledicti sunt. Huic increpa-
tioni famuli Phariseorum coacti sunt iuxta huius
Grammatici opinionem obtemperare, propter con-
scientiam, & abiçere Christi doctrinā, de cuius ue-
ritate magna ex parte in cordibus suis erant conui-
cti, dum apud Phariseos testantur: Nunquam sic
locutus est homo, sicut Hic homo, excusantes hoc
ipso suam inobedientiam, q[uod] non ausi fuissent ini-
cere in eum manus. Quia scriptum est Deut. 17. Qui

autem superbierit, nolens obedire sacerdotis imperio, ex decreto iudicis morietur homo ille. Et iterum: Super cathedram Moysi sedent Scribe & Pharise, Omnia, quæcunq; dixerint facite. Tenentur ergo illi ratione mandati diuini, quod ex ore sacerdotis nonabat, doctrinam Christi, tanq; blasphemam & hereticam detestari. Ioan. 8. inquiunt Scribe & Pharise de Christo: Nonne bene dicimus nos, q; Samaritanus es, & demonium habes? Hec est sententia summorum pontificum de Christo, q; ipsius doctrina sit demonica, & religio atq; fides eius sit instar Samaritanorum. Recet ergo faciunt oes iudei, qui Christum tanq; demonium habentem persequuntur, & eius doctrinam tanq; demoniacam detestantur ac fugiant. Quia sic de eo iudicarunt summi pontifices, quibus ratione mandati diuini obedire tenentur, aut ex decreto iudicis mori. Cum Christus ad tribunal Pilati ducitur, summi pontifices instituunt populum, ut clamant contra Iesum: Crucifige eum: Crucifige eum. Recet ergo egerunt illi, quia sic iudicabant summi pontifices, & sancta prestant obedientiam ipsi Christo, qui precepit facere, omnia, quecunq; illi dixerint. Etsi contra Christum, qui iam trahebatur ad supplicium illorum uoto. Preclarum exemplum obsequi & obedientiae erga summorum pontificum mandata est Iudas Ischariotus, qui postq; audiuit doctrinam Christi a Pharisæis damnatam, à praceptor

ceptore demoniaco & samaritano deficit, & cum il-
lis certo precio paciscitur, ut sua opera hic hereticus
in ipsorum manus perueniat, & è medio tollatur.
Quibus si restitisset, ex sententia iudicis mors illi iu-
stissimā metuenda erat. Nunc quia hanc sanctā obe-
diētiam prestat summo pontifici, etiam sui preciari
facti mercedem accipit 30. argenteos. Luxta illud: Si
ambulaueris in mandatis & præceptis Dei, ut facias
ea (inter quæ etiam erat illud de summi pontificis
iudicio) benedictus eris. Quod igitur ex conscienc-
tia tenebatur facere, iure omni accusatione coram
Deo & hoībus eximitur. Sic iustificabimus pessimū
proditorem saluatoris Iudam, si hęc mens est uerbo-
rum Mosi & Christi, quæ à Grāmatico nostro scele-
ratè affertur. Sed desino plura cōmemorare exem-
pla. Totus em ad horū recitationem perhorresco.
Ex his enim quæ dicta sunt, facile est uidere, hūc no-
strum Grāmaticum furiosum & mente captū esse.
Nam homo sensu communi præditus iudicare po-
test, quòd sint blasphemæ & absurdæ. Quòd uero in-
troducit Christum, qui in hoc uel præcipue decla-
rauerit suam obedientiam, quam præstítit Deo Pa-
tri usque ad mortem, quòd se illis iudicibus quan-
tumvis iniquis & impijs iudicandum tradidit &
permisit, Quasi ita doctrinam suam illis exami-
nandam subiecerit, quòd illorum iudicio stare ue-
lit, quam maliciosum & putidum mendacium sit,

infrà uidebimus, ubi confutanda erunt, quæ de nostro summo pontifice asserta figura. Eius farinæ quoq; est, quod ex 2. Petri 2. deprauat, ut hac in parte Christi obedientiam imitemur, & nos nostræ omnia summo Pontifici subijciamus, Nec in re minima illis obloquamur, quod etiam de Christo impudenter affirmat. Sed inquit, et si illi peccent, dum hanc debitam obedientiam summo pontifici præstent ex mandato diuino, Deus tamen consilio suo, hæc omnia conuertit, in occasionem glorie & iusticiæ suæ, exitum iudicij deducens ad salutem generis humani. Et iter. Videbitis, inquit, mirabilia sapientiæ & iusticiæ Dei, etiam in impietate illorum, qui in cathedris sedent, abutentis ad declarandam iusticiam & ueritatem, & misericordiæ erga genus humanum. Et iterum: Hæc cùm illi animis planiç imp̄js dicerent, ueritas iudicij nihilominus ratione legis diuine admiranda quadam, adeoç stupenda prouidētia, dispensationeç Dei in his omnibus est conseruata. Hæc ille. Quorum summa est, ut cum que malis sint sacerdotes & iniqui, Dei tamen esse tam bonitatem, ut malorum consilijs & actionibus ad declarandam suā misericordiam & iusticiam uisqueat. Quid quælo hic audimus? Num propterea sacerdotibus non est contradicendum, q; Deus illorum malis consilijs benè uti possit? Quæ sceleris in mania, quæ flagitia horrenda, hac ratione non licet.

licebat excusare: Cain interficit suum fratrem, id si
neproudentia & dispositione Dei non est factum,
in quo Deus occulte suam & declarauit bonitatem
erga Abelem, quem ad meliorem uitam transluit,
& suam iusticiam erga impium Cain, quod uindi-^{Gen. 4.}
cet fratri innocentem sanguinem. Num propterea
iustificabimus ipsius Cain aduersus fratrem perpe-
tratum scelus? Quod Noe nudatus in tabernaculo ^{Gen. 9.}
suo à filio irridetur, non sine diuina prouidentia
factum est, & in eo declarauit Deus & suam bonita-
tē erga Noe, ut hoc spectaculo admonitus sibi post
hac ab ebrietate caueret, & iusticiam erga ipsum
Cham, qui iustissimo iudicio Dei est maledictus.
Num propterea iustificabimus ipsum Cham faci-
nus?

Loth inebriatus cum duabus filiabus congrega-^{Gen. 19.}
tur, & earum turpitudinem reuelat. Id quod nō est
factum sine diuina prouidentia. Et in utroq; Deus
declarauit suam iusticiam & bonitatem, ut de ebrie-
tate & neglectu diuine voluntatis punientis commo-
nem facti, peccatorū causas praecidant. Quod Simeon
Dinam filiam Iacob compressit, non est factum si-
ne diuina dispensatione, & in eo declarauit quoq;
Deus suā iusticiam, qua huius ocium & curiositas,
illius autem uis & impietas puniebatur. Num pro-
pterea facinus hoc iustificabimus? Quod filij
Iacob fratrem Joseph uendiderunt in Aegyptum,

non factum est sine diuina prouidentia. Sic enim ipse Ioseph fatetur, cùm fratres sceleris sui in conscientia conuicti & accusati, quod de ultima patris uoluntate confixerat, fratri proponit. Verba Iosephi sunt: Num Dei possumus resistere uoluntati? Vos cogitastis de me malum, sed Deus uertit illud in bonū, ut exaltaret me, sicut in praesentia cernitis, & saluos facheret multos populos. Num propterea dicimus cogitationes fratrum (cùm dicerent: Ecce somniator uenit, uenite occidamus eum, & mittamus in cisternam ueterem, dicemusque, fera pessima occidit eum) fuisse iustas? Quin potius Iosephi iudicium sequamur, qui dicit, ipsos cogitasse malum, hoc est, ipsos fuisse coram Deo parricidas, impios in patrem, & qui mendacio cogitauerint scelus suū tēgeret. Quod uerè hac mala uoluntate ipsorum Deus bene usus est, quid hoc ad fratres Ioseph, quorum iudicium erat de fratre parricidium? Quod Absolon patrem regno pellit, & ad concubinas eius ingreditur coram uniuerso Israel, quum non sit factum sine prouidentia Dei, ipse Deus per Prophetam Nathā testatur: Ecce ego suscitabo super te malū ex domo tua, & tollam uxores tuas in oculis tuis, & dabo proximo tuo, & dormiet cum uxoribus tuis in oculis solis huius &c. Num propterea foeditatem Ablosionis iustificabimus, q̄ adulterium patris puniebatur? Christus ingit; Necesse est ut ueniant scandala. Et

IN PROLEGOM. IOAN. BRENT.

51

Et Apostolus: Oportet esse hæreses, ut qui probati
sunt manifesti siant in uobis. Num propterea & scā
dala & hæreses culpatis personis iuxta Grāmaticum
probabimus? Quòd Iudas Iscarioth Christum pro
didit, certè diuina factum est prouidentia: sic enim
scriptū erat in Psalmis, quemadmodum Christus
testatur. sed num propterea iusta fuit proditio, quia
hac bene usus est Deus ad totius generis humani re
demptionem? Sic enim noster Grāmaticus argumē
tatur R. S. Num hic dicit ipsam proditionē fuisse
iustā? Sed Iudam qui hoc fecit ex odio, & corruptū
munere oblato & gratia pōtificum promissa, fuisse
iniustum. Et in hunc catalogum referendi erunt no
bis hæretici, quos Epiphanius appellat Caianos,
qui laudant ipsum Cain & Iudam. Iudam cū bo
nus esset, tradiderit Christum iuxta cœlestem co
gnitionem. Nouerunt enim inquiunt Principes,
quòd si Christus traditus esset cruci, debilis ipso
rum uirtus euacuaretur. Et hoc, aiunt, cū nosset
Iudas, festinavit & omnia commouit, ut traderet
ipsum, bonum opus faciens nobis ad salutem. Et
oportet nos laudare, & laudem ipsi tribuere, quo
niam per ipsum parata est nobis crucis salus. Hacte
nus Epiphanius. Cum quibus consentire uide
tur serè nostri Grāmatici opinio, nisi q̄ illi persona
pariter cū facto commēdant. Hic uero noster factū
solum, quod ad parādam salutem nobis profuerit.

Hac ratione iustificabimus omnia, non hominum, sed ipsius quoque Sathanus in sanctos Dei iudicia. Cetero Job testetur ipsum nihil quicquam, nisi permittentem Deo facere posse, & Paulus pronunciet: diligentibus Deum omnia ex Dei bonitate operari in bonum quae Satan illis infligit mala, sicut in impensis Dei sunt quocquam iusticie conspicua iudicia, quorum executo instar carnificis sed iniustissimi est Sathan ipse.

Si uero Grammaticus opponat de his, quae iam memorata sunt exemplis non extare similem promissionem, qualem de summo pontifice adduxit sciat tamen non ualere eius consequentiam, qua assertur sententiam hominum iustum esse, quia Deus ad iusticiam suam bene utatur. Non enim hoc loco quid Deus faciat aut possit facere queritur, sed de hominum iudicis sermo est, quibus obediemus nos debere propter conscientiam Grammaticus affirmat. Horum uoluntas cum sit iniustissima, & iudicia legi aduersa, sequitur ab iniusticia non excusari, quicunque eis obedientiam prestant. Nec iudicium Dei effugerunt, quicunque suis suffragiis sententias & iudicia comprobaverunt mala, quibus Deus etiam ad salutem humani generis est abusus, sicut infra docimus.

Nunc satis sit demonstrasse, quam horribiliter locum Mosi Deut. 17. deprauauerit Grammaticus, ut omnia summorum pontificum iudicia iustificet, cetero tra-

tra manifesta Prophetarum, Christi & Apostolorum
testimonia.

Nunc ad ea, quæ sequuntur accedamus. Postquod
Grammaticus blasphemæ depravatione sententia
Moysi de summo pontifice sibi preclarè fundamen-
tum iecisse uidetur, descendit ad politiam Ecclesi-
asticam à Christo (abrogatis Mosaicis ceremonijs)
institutam, ut doceat eandem promissionem perti-
nere ad summū pontificem, quem uocant Papam,
qui sit in terra summus iudex, à cuius sententia non
licet prouocare, utcunque de controuersijs de religi-
one Christiana pronunciet. Fascinatus autem splen-
dore pontificio singit D. Petrum à Christo consti-
tutum ciuitatis Dei, hoc est, Ecclesiæ consulem, cui
claves portarum coeli dederit. Huic reliquos Apo-
stolos tanquam senatores adhibuerit. Postea mul-
ta cōmemorat, quibus verbis D. Petrus sit designa-
tus consul. Matth. 16. Tibi dabo, inquit, claves re-
gni cœlorum &c. Quomodo inauguratus cūm
Christus illi diceret: Simon Iona diligis me plus
his: Dicit ei Iesus: Pasce oves meas. Quomodo ma-
gistratum gesserit habita oratione de eligendo col-
lega in locum Iudæ proditoris, Act. 1. Quomodo
suos senatores à calumnia malorum vindicauerit
in die Pentecostes, qua tanquam ebr̄ij traduceban-
tur. Cuiusmodi seueritatis speciem exhibuerit in A-
nania & Saphyra, Acto. 5. Quomodo nouum, sed

inferiorem magistratum creauerit Diaconatum (d
licet, unde etiam probare nititur Ecclesiam potesta
tē habere, pro ratione tēporum aliquid noui, quod
in prima partē libelli appellat nouos Articulos fi
dei, condere. Et impudenter afferere audet , quo
quid huiusmodi rerum fiat in Ecclesia, ipso Christo
autore fieri per Spūm sanctum. Et sicut uiuente hoc
consule & senatu, hoc est, Petro & Apostolis, ita etiā
ipsis defunctis per spūm sanctum Christum in hoc
successoribus, hoc est, Romano Pontifice & Cardi
nalibus gubernare Ecclesiam suā . Hortatur etiam
ut singuli suū officium faciant, quod unicuiq̄ Chri
stus dederit, haud secus , quām unicuiq̄ membro
in corpore humano suū . Rom. 12. Et hanc esse uni
cam rationem retinendæ & conseruandæ concor
dīæ , ut unusquisq̄ nostrum, cuiuscunq̄ conditio
nis sit, in se se descendat, seipsum noscat, mensuram
suæ uocationis officijq̄ expendat. Hoc postremo
loco positum , si expendisset Grammaticus , & ipse
sele intra fines suæ uocationis continuisset. Sed ad
ea quæ precedunt, quid opus est prolixè responde
re? Hęc enim est pontificiorum uetus cantilena, &
à nostris & scripturæ & S. Patrum testimonij̄s ita
confutata, ut si quid ipse melius adferre coner, Soli
lumen mutuare uidear. Quòd enim Christus reli
quis Apostolis Petrum non prefecerit tanq̄ confu
lem, quæ apud Lucam extat grauiissima admonitio
testatur.

testatur. Nam cùm discipuli de primatu contendērent, quis illorum esset habendus maior, Christus ab huiusmodi uanis & pontificalibus, hoc est, super his cogitationibus eos auocat, dicens: Reges gentium dominantur, & potentes uocantur benefici, Vos autē Non Sic, sed qui maior est inter uos, fiat si cut minor &c. Si quæ inter discipulos fuit maiori, tas, dñorum fuit, nō potestatis, quæ oīm erat simili, & una ligandi s. & soluendi. Etsi maximè obtine ant, Petrum principem Apostolorū fuisse, quod nū quam probabūt, potestate scilicet alijs superiorem fuisse (sicut uidere est in Epistola ad Galatas, q. à D. Paulo in faciē fuerit reprehensus) quid hoc ad Romanū Pontificē? Non .n. solum Rom. Episcopi, sit tamē, sed alijs quoq; sunt D. Petri successores, q; s p̄ alsim Ecclesijs pr̄fecit. Quod autem de consulis adfert autoritate, cui nefas sit resistere, quicquid in ciues, etiā iniqui machinetur, prorsus dissimile est. Alia enim ratione sumus subiecti politica magistrati, & alia presbyteris, hoc est, Ecclesie pastori, bus.

Vt cunctū em̄ iniqua onera subditis imponat ma-
gistratus, populus propter conscientiā tenetur obe-
dire. Rom. 13. Etsi hæc quoq; ipsorum potestas sit
limitata, si quid contra manifestū uerbum Dei pre-
cipere, magis obediendum est Deo, quam homini
bus, sicut exēpla Apostolorū & martyru testantur.

Broceres autem Ecclesiæ & pastores; non possunt
à suis aliquam exigere obedientiam, nisi quatenus
indubitatum uerbum Dei adferunt. Si uero diuer-
sum predicent, sub pena æterni exitiū sunt fugien-
di, sicut Apostolus ad Gal. 1. docet, & D. Petrus in-
quit: Si iustum est in conspectu Dei uos potius au-
dire, quam Deum, iudicate. Cum igitur iniusta on-
ra imponit Consul ciuibus, ferenda sunt, & sine pe-
cato tolerari possunt, et si subditus probare non co-
gatur, cum is non faciat malum, qui sustinet, sed qui
infligit. Quæ autem summus pontifex impia pra-
cipit, ut eadem quoq; faciant, quibus imperat, huic
obedire est extrema impietas, sicut Consuli illegiti-
mè resistere, iniqua onera imponēti seditio est. Ne
seditio dicenda est pietas, qua impiorum uoluntas
repugnant fideles ut gratiam Dei retineant. Etsi ni-
hil magis usitatum sit in mundo, quam piorum con-
stantiam peruicatiæ nomine traducere, & cultum
quem Deo præstant, seditionis nomine infamare.
Hoc nomine ipse Christus male audit apud Pilatu-
m cum principes sacerdotum accusarent Christum.
Commouit populum, docens per uniuersam Iuda-
am, incipiens à Galilæa usq; huc. Quod igitur de
Consule ciuitatis Dei adfert Grammaticus, prorofus
ineptum est, absurdum & insulsum. Iustè puni-
tos esse Chore, Abiron & Dathan, cum ducentis
quinquaginta uiris. Non negamus quod Moysi &
Aaron

Aaroni restiterunt, suū officium facientibus. Sed utrumq; probandum incumbit Grammatico: suos sacrificulos conferri ipsi Aaroni & Moysi: Et Principes, qui sanctam Euangeliū doctrinam tuentur, si miles esse seditionis & maledicis Chore & Abiron, & Dathan. Probent prius sese Moysen, quām pios Principes impietatis & seditionis noīe infament per hunc sceleratum Grammaticum.

Cæterū putida est criminatio, Episcopos à nostris ejici, ut illorum cathedras conscedant Principes. Non enim illorum exemplum imitantur, qui Principibus aut ui aut dolo pulsis, ipsorum autoritatem pretextu muneric Apostolici usurpat, quorum officium erat, docere Euangelion, non mundanam dominationem exercere. Quin potius suum officium faciunt, cùm sciant sui muneric nō esse praedicare, curant Ecclesiæ idoneos præfici ministros, eorum quoq; opera, quibus ipsi cùm characterem in deboleū impresserint, nihil preter officium facerent, si consentanea Propheticis & Apostolicis literis docuerint. Non ergo alienam uocationem sectantur Principes, dum cultum Dei per idoneos ministros promouent.

Quòd uero non tantum magistratiū suum ius in Ecclesia derogat à Domino concessum & imperatum, sed uniuersam Christi Ecclesiam suo priuilegio spoliat, quod iam inde ab Apostolorum tempo

ribus obtinuit, id nullo modo ferendum est.

Nam quod Ecclesiæ liceat remouere ab officio docendi indignos & sceleratos ministros, si de hac re meam auersatur sententiam Gr̄maticus, audiat

lib. i. Epist. 4. D. Cyprianum loquentem: Propter quod, inquit, plebs obsequens præceptis dominicis, & Deum metuens, à peccatore præposito separare se debet, nec se ad sacrilegi sacerdotis sacrificia miscere, cùm ipsa maximè habeat potestatem uel eligēdi dignos sacerdotes, uel indignos recusandi. Quod & ipsum uidemus de diuina autoritate descendere, ut sacerdos plebe presente, sub oīm oculis deligatur, & dignus atq; idoneus publico iudicio ac testimonio comprobetur. Hęc ille. Quæ Gr̄maticus noster cū suo figmento de consule conferens, uidebit mendacium & ueritatem simul consistere non posse. Quia immane esset in Ecclesia Tyrannis, eam licentiam si crifculis concedere, ut cuncti enormiter peccant, in pia doceant, & flagitosè uiuant, ut Ecclesiæ non liceat à latere tam scetidi & male olentis hirci recdere.

Recte quidem monet Dñm ~~debet~~ inuocandum, ut hisce malis medeatur, nihilominus tñ & Ecclesiæ eius præcipuum membrum Magistratus suum non debet negligere officium, quod quale sit ex Cypriano ostēdimus. Et paulò post exemplo piorum

Magistratum comprobabimus.

Quod de iudicio in alienum seruum ex Paulo ad fert, prorsus insulsum est, ubi Apostolus de temerariis iudicis loquitur, sed quid hoc ad officium magistratus, quo tenentur impios sacrificulos ablegare? Sed quod spectet, paulo post indicat: Omnia (inquit) toleranda sunt potius, quam turbandum ordo ille politicus ciuitatis Dei, quem Deus ipse cum tanta potestate in ea instituit. Grammaticus cum sit, non pingeat noti autoris de Grammatica admonere precepti: fundamenta si quis non fideliter iecerit, corruevere, quæcumque superstruxeris. Quod utinam Grammatico non excidisset. Persuasus est, ordinem Episcoporum infulatorum, sacrificulorum & monachorum, diuinitus constitutum, quod cum conuolum fuerit, quid hisce suis Maioribus dialecticis praestabit? Agnoscimus ordinem diuinitus institutum non esse turbandum. Verum in hoc ordine mitratos uestros & impuros sacrificulos contineri per negamus, apud quos neque doctrina est sana, nec uita professione Euangeli digna. Vult ergo impunè licere sacrificulis quod libet, & suo referuandos iudici, cui poenas dabunt. Et quidem si haec de uita intelligat utcunque turpi & flagitiosa, aliqua ex parte quibusdam toleranda uiderentur. Verum quod addit Reges & Principes, in his, quæ ad religionem pertinent non de bere resistere sacrificulis,

ut cuncti illi suum magistratum gerant, hoc modo omnem excedit. Ad exempla Ozæ & Oziæ nihil prorsus nūc respōdebo, cūm tanta audacia & impudētia pretereat silentio, quæ Brentius ad Sotū de his scripsit, quasi non legisset, quām dissimile sit illorū facinus, quod ipse in pios principes retorquet, quod ad religionem attinet, suum officium faciunt non quod Episcoporum est sibi sumunt. Hoc salo licet in illum retorquere. Cum Grammatico tan ingens & inexpiable scelus sit, quando pīj Prīcipes, de institutione Ecclesiarum sunt solliciti, & q̄ in ipsis est salutem ipsarum procurant, Quæ de Ozia & Oza adduxit, uideat ne in suos Episcopos reūtius torqueri queant, qui prætextu Apostolici mēneris uerē sunt ἀλογωνισμοι. Si enim uel ipse Grammatico teste, diuersæ functiones sunt Episcoporum & Principum, quo iure licet Episcopis cuiuslibet exercere iudicia, regere subditos, & ius dicere quibus ministerium Euangelij commendauit Dominus. Num metuunt defuturos Principes, quod hanc administrationem suscipiant, Sicut Oza, m̄ corrueret arca? Aut quælo, quæ ratio, nisi ambitione ad hunc dignitatis gradum eos euexit? Si dixerit, Episcopos per suos ministros hęc politica efficeret, & in hoc non peccare, quis non nisi cæcus uideret non eodem iure Principes pios absoluere posse, dum non ipse prædicant, sed per idoneos Ecclesiæ ministros.

IN PROLEGOM. IOAN. BRENT.

stros plebem sibi commissam piè institui curant. Et si multò sit melior in hac comparatione Principum quām Episcoporum conditio. Nec tamen principi bus Episcopis quidc̄ ademptum uolumus, modò omnes intelligent ratione muneris Apostolici nihil minus esse quām Principes. Satius igitur fuerit hæc exempla reticere, quæ parum uestrorum domini ornant, et Principibus nostris animū addunt, qui sibi nihil horum consciē sunt, quæ Ozias & Ozia commiserunt.

Quod refert nostros defecisse à pastoribus, hoc est, sacrificulis pontificijs, propter manifesta quorundam peccata, nonnullorum potentia nimia, opibus ac diuitijs offensos, uanum est. Etsi enim merito omnes p̄ij flagitia sacrificulorum & scelera, quæ passim in collegijs impunē designata sunt, & adhuc proh dolor designantur, merito detestentur: Nec probare possint potentia illam, quam nomine successionis cōtra Christum & eius membra exercent. Non tamen hæc præcipua est causa, cur ab illis successionem fecerint nostræ Ecclesiæ. Cogimur enim ipsi quoque plurima offendicula tolerare, quæ malefici fideles è medio sublata. Potissima, princeps & unica causa est, falsa doctrina & idolatria, plusq; ethnica, quā ex mandato Dei fugere tenemur. Constat enim doctrinam de peccato, de Gratia Dei, de Iustificatione, de pœnitentia, de bonis operibus, de

Sacramentis, de Fide, de matrimonio, de ordine prolitico horribiliter corruptum esse, sicut aliâs demonstratum est, & ad eorum explicationem sere nostri semper obtulerunt, quas corruptelas nec probare, nec suo uel exemplo confirmare, uel silentio tegere possunt. Hae*c*, inquam, corrupta & deprauata doctrina causa est defectionis nostrae, si ita uobis liberam appellare fidem, quâ Deo saluatori nostro debemus. Fucus igitur est, quod, quæ in sacrificulis reprehendi queant, re*u*icit in uitam sceleratam, quam excusare nequit utcunque conetur enoribus flagitijs mitigare, quæ aduersus nostros confinxit.

Etsi enim sua sunt nostrorum quoque pastorum uitia & errata, Hoc tamen uerè pronunciare possumus, munus docendi, quantum fieri potest non solere cōmitti, nisi idoneis & qui sana doctrina & necessarijs donis instructi sunt, ut populum docere queant, & qui sint honeste uitæ. Si qui minus respondent nostræ expectationi & spei, hoc imputandum est uestræ disciplinæ, in qua adeò impunè illis licuerit omnia, ut iuxta Comici sententiam, non fuerit flagitium sacrificulum scortari, helluari, fores effrigere. Hisce moribus corrupti, mirum non est, si qui ad uomitum redeunt, & hos uobis mittimus, tanque

tanquam non degeneres filios, piorum conuersatione indignos. Cæterum scelerum consuictis scias apud nos nullos propositos honores, sed infamia, qua ministerio docendi priuati, interdum etiam capitibus poenam, pro atrocitate delicti subeunt. Pro concessio autem accipimus, quod Grammaticus non negat, querelam Bernardi de uita & moribus Pontificum Episcoporum & sacrificulorum, etiam in eos quadrare, qui nostro tempore in Ecclesia Dei dominantur: Etsi hoc nomine nulla illi habenda est gratia, quod si inficias ire, res ipsa reclamaret. Non enim usque adeo ignota illorum sceleris & flagitia, quos propter doctrinam Euangeliū de prauatam & corruptam accusamus.

Quod autē infert, Hæc uidet Christus (inquit Bernardus) & filet, hæc saluator patitur & dissimulat. Propterea dissimulemus nos quoque necesse est, & fileamus interim, maximeq; de praelatis nostris magistris Ecclesiarum, Sic nimirūm, sic placet & ipsis, ut euadant nunc humana iudicia, ueniatq; iudicium graue his, qui prælunt, & potentes patiuntur tormenta potenter, quæ sit consequentia ratio uideamus. Diuus Bernardus tulit & tolerauit errata & flagitia Episcoporum, Monachorum & sacrificulorum sui temporis. Ergo, eius exemplo, etiam Principes tolerent.

Quis non uidet diuersitatis rationem? Si Bernardus hæc uitia potuisset corrigere, correxisset utique. Vt cunctæ autem uita fuerit deformis, corruptæ tamen doctrinæ eos non accusauit. Cuius depravationis cum fuissent conuicti, quid existimamus Bernardum suisse dicturum? Ducem cæcum sequendum esse, ut ambo in foueam cadant? Utique non. Ergo quod Bernardus monachus deplorat, cum non possit emendare, hac sua querela hoc magis excitat piorum Principum animos ad tollenda hæc offendicula, quò magis periculi magnitudinem animaduerterunt.

Idem dicendum est quoque, quod de zizanijs ad fert argumentum. Zizania non sunt euellenda. Ergo sacrificiorum errores non sunt abrogandi. Preceptum enim de zizanijs per Magistratus officio nihil adimit, aliás non liceret ei in manifestè sceleratos animaduertere.

Cum Adriani sexti Confessionem, & Pontificis Pauli Tertiij Cardinalium electorū consilium admittat, scimus in quo numero sacrificulos habere debeamus.

Sed nunc ad iudicium accedamus. Postquam enim quales sint suæ ecclesiæ hirci ostendit, sic enim secundum hunc Grammatitum loquendum est, cui loco bibliorum sacrorum sunt Aesopi fabulæ, Quare rit quibus iudicium de doctrina sit committendum Solis ne

Solis ne Episcopis in ordinaria successione constitutis, an uero solis Principibus politicis, aut utrisque simul. Hac enim partitione utitur.

Quod ad Episcopos attinet, uidetur ipsos non promiscuè ad iudicium admittere omnes, qui uide licet ita degenerarunt, sicut querela D. Bernardi & consilium delegatorum Cardinalium Romani Pontificis habet. Et in hoc eius accedo sententiæ. Quis enim Antichristis (ut Bernardus eos uocat) crederet iudicium de ueritate doctrinæ Christi? Quare propter in eorum locum subornat pontifices iudices, qui talibus querelis declarant se non degeneras se: sint horum, inquit, legati. Et discant, inquit, credere, Christum multò tenerius amare sponsam suā Ecclesiam, quam ut patiatur eam peruenire in potestate hostis.

Sed quam etiam hi non respondeant nostri Grāmatici spei & expectationi, res ipsa loquitur. Pauli Tertiij Pontificis Max. legatus fuit in Concilio Tridentino Ioannes Maria Montanus. Is & Pontificis & suorum collegarum nomine deplorat statum Ecclesiæ, & post horrenda sclera & flagitia, quibus fastetur sele obnoxios esse, in admonitione ad Patres consilij loquitur. Si Deus pro meritis nos castigaret, iam pridem sicut Sodoma & Gomorrha fuissimus. His scilicet sunt legati & Pontifices, qui quere lis suis testantur, quam graue & syncerum habeant iudicium.

Rom. 4.

i

Ac ne quis putet tam enormous scelerum confessionem esse fictam, & Pontificis & legati uita declarant. Quid enim de sceleribus & turpitudine utræ Pauli III. Pontificis commemoretur, uel ipse Embricensis ignorare non potest, si quis historiæ nostrorum temporum fidem adhibere uelit, quod uidelicet matrem & nepotem ueneno sustulerit, quod sororem prostituerit, ut in numerum Cardinalium perueniret, sororem ueneno interemerit. Quod cum nepte deprehensus sit congregatus. Quod cum filia Constantia rem habuerit. Mariatum eius Bosium Sfortiam ueneno sustulerit, & reliqua, quæ de ipso commemorantur facinora.

Sed ne uideantur legati de sanctissimi Domini Papæ tantum loqui sceleribus, quam insignis ipse quoque fuerit, ne hoc quidem dicta nostri temporis historia silentio præterit. Is enim postquam in defuncti locum postea Pontifex creatus Iulius III. appellatus, quo tempore Bononiæ legatus in delitijs habuerat adolescentem quendam Innocentium. Hunc tametsi reliqui Cardinales minus probarent, imo reclamarent, in Cardinalium adoptauit collegium, & in domesticam consuetudinem rursus admisit, eiq[ue] cognomen suum & insignia attribuit. Sed nec ipse Pontifex hoc ad reliquos diisimulabat Cardinales, de quo per iocū fertur aliquando cōmemorare, q[uod] sit lascivus adolescentis & impotens.

Hi duces & antesignani fuerunt Concilij Tridentini, cui totus orbis Christianus parere cogebatur. Et quidem opinione huius Grammatici recte, utpote, qui suis querelis & mandatis testati sint, quae sit & syncerum ipsorum iudicium, nec in eo numero habendi, de quibus Bernardus loquitur. O cæcitatem & iustissimum Dei iudicium in illos, qui ueritatem in iniusticia detinent.

Cum Christum respuat iudicem, uideamus quibus argumentis iudicium solis Pontificibus & Episcopis adscribat. Omnia autem hoc fundamento innituntur. Episcopi & Pontifices & sacrificuli sunt Apostolorum successores. Ergo quicquid iudicant, huic sine contradictione, nulla disputatione habita, est obtemperandum. Postea promissionibus Christi Apostolorum amplificat potestatem Consulis Petri, & reliquorum tanquam senatus, quibus etiam Phariseos adiungit, ut magis confirmata sit authoritas. Qui uos audit, me audit: Quorum peccata remiseritis, remissa erunt. Tibi dabo claves regni coelorum &c. Nos, quo ad eius fieri poterit, breuitati studebimus, & ad singula capita paucis respondebimus. Princípio demonstrantes, Petrum non habuisse primatum super reliquos Apostolos, & Ecclesiam CHRISTI, quallem illi assingit noster Grammaticus.

Deinde si maximè talem potestatem ad epius esse
Petrus, nihil ad Rom. Pontificem pertinere. Postea
mò quoniam Christus nulli Apostolorum primatu
rum cōcesserit, non expedire, ut in Ecclesia Christi
summa potestas uni deferatur.

Parem fuisse D. Petro Apostolum Paulum, au
etiam propemodum superiorem, quæ ad Galatas
extant scripta, docet. Verba Apostoli sunt: Cogno
scentes quod mihi concreditum sit Euāgelium pr
pucij, sicut Petro circuncisionis. Nam qui in Petro
efficax fuit ad Apostolatum circuncisionis, efficax
fuit in me erga Gentes. Et paulò post: Iacobus, Ce
phas & Ioannes, qui uidebantur esse columnæ des
tras dederunt mihi ac Barnabæ societatis, ut nos in
gentes, ipsi uero in circuncisionem Apostolatu fu
gerentur. Hic locus aperte demonstrat D. Paulum
authoritate & potestate parem fuisse D. Petro, ne
passum, ut aliquam super ipsum iurisdictionem in
surpasseret, ut taceam D. Petrum ab Apostolis repr
hensem, quod non recte ambularet ad ueritatem Eu
angelij: quæ quomodo cum Petri consulatu & pu
matu conueniant, Grammaticus uiderit. superior
enim reprehendi & coerceri ab inferiore etiam ipso
et nos uidebitur. Adde & Christi præceptum Lu
cæ 22. Cum de primatu & consulatu contendere
discipuli, Christus prorsus eum repudiauit. Reges
gentium dominantur &c. Vos autem non sic: M
isterium

nisterium est, non magisterium Apostolorum munus, nō dominium, quo efficax est Christus per spiritum suum, pro donorum diuersitate, quibus dissimiles fuisse Apostolos, extra controuersiam possum est, utcunq; fuerint eadem potestate, & eodem spiritu prediti. Petrum à reliquis Apostolis, cū testetur Lucas missum esse in Samariam, quām nihil sibi arrogauerit super reliquos Apostolos, quibus se se subiecit, manifestē apparet: siquidem inferioris non est mittere superiorem, nisi fortē protestatione prius facta de suo primatu, Petrus collegarum siue senatus sui precibus obtemperauit.

Ac nisi pro Ecclesia Christi biceps monstrum nobis obtrudat, Christo, qui Ecclesiæ caput est, nullū constituere potest summum uicarium, cū ipse siue Ecclesiæ adsit, usq; ad consummationem seculi: uicaria autem opera omnium Ecclesiæ ministrorum utitur, qui paſsim in toto orbe dispersi, per spiritū Christi coniuncti idem sentiunt & docent.

Quām uerò D. Petrum Apostolus etiam in ordinem redigat, & omnibus ex equo omne dominium in Ecclesia adimat, ministerium attribuens illis erga dominā Ecclesiam i. Cor. 3. docet. Omnia, inquit, uestra sunt, siue Paulus, siue Apollo, siue Cephas, siue mundus, siue uita, siue mors, siue præsen-
tia, siue futura, omnia. n. uestra sunt, uos aut Christi, Christus autem Dei. Et Petrus i. cap. 5. Non do-

minantes, sed forma facti gregis.

Ex his, ut opinor, liquidè constare uidetur nec à Christo Diuo Petro aliquod attributum minimum aut consulatum, nec D. Petrum usurpare nec reliquos Apostolos sese illi tanq; consuli subiecisse, sed parem potestatem datam omnibus, quae pro diuersitate donorum sunt executi.

Quæ adfert duo trita & uulgaria loca ad stabiliendum Petri primatum, ex Matthæo, cap. 16. &c. anne 20. iam pridem à nostris demonstratum est quām nihil probent. Ut enim cōsequentie ratio uideat, probent prius necesse est, Ques Christi palceret idem esse, quod potestatē in omnes Ecclesias habere, nec aliud esse ligare & soluere, quām toti mundo præsidere. Aut enim reliqui Apostoli non paucarunt oues Christi, aut Petro hisce uerbis nulla datur est super collegas potestas, quorū idem officium erat, Christo scilicet oues adducere, qui alimentum & pascua monstrat & exhibet.

Sicut igitur una est sponsa Christi, Ecclesia scilicet sancta, ita & sponsus unus est, cui debetur Ecclesia. Reliquos omnes, si sponsus Christus admirari amicos, ut cum sponso gaudeant, non est quod de bonitate Dei conquerantur, modo Christo suus honestus maneat inuisiolutus.

Sed ut demus, D. Petro aliquam uel potestatem uel autoritatem consularem tributam super collegas

gas suos Apostolos, Quid hæc ad Romani Pon-
tificis faciet comprobandum tyrannidem?

Si nobis successionē proferant, sciant non imme-
ritō in dubiū uocari, an unq̄ Petrus Romā uenerit.
Et si nulla consequentiæ ratio est: Petrus Romæ est
martyrio coronatus post professionē Euāgeliū. Er-
go Rom. Pōtifices potestatē habent super oēs totius
Christiani orbis Ecclesias. Quòd si uerò hoīm auto-
ritatē opponat, parta nobis est in hac parte uictoria.

Et ut principio pauca ex concilio decretis com-
memoremus, q̄ prorsus nullam in alias Ecclesias
Rom. Pontifex siue Episcopus habuerit potesta-
tem, planum faciemus.

In Constantinopolitano concilio cap. 2. sic legi-
tur. Episcopi, quibus sua dioecesis attributa est, ne-
in ecclesiis, quæ extra fines suos sunt, se inferant, ne-
ue ecclesiis confundant, sed secundum canones, A-
lexandri quidē Episcopus, ea tñ, quæ in Aegypto
sunt, gubernet. Orientis uerò Episcopi, solū Orien-
tem administrent, cōserueturq̄ sua Antiochenæ Ec-
clesie dignitas, amplitudo, autoritas, quæ in Nicena
synodo declarata est. Et Episcopi Asiane dioecesis, si
ue prefecture, ea tñ, quæ in Asia sunt, gubernet. Qui
in Ponto sunt, quæ in Ponto tñ. Thracij uerò, ea tñ,
que sunt in Thracia. Episcopi autem, nisi aduocati,
ne in alienā præfecturā se inferant, siue ad suffragia,
siue ad alias ulla administrationes ecclesiasticas.

Huius Concilij canon docet, quemlibet metropolitum summum fuisse suæ prouinciæ Episcopum in cuius fines nullus extraneus, nisi aduocatus, nullo prorlus iure inferre audebat.

Constat autem ex Chalcedonensis Concilij capitulo 2. Metropoles, quas sic appellabant Græci, Primum arbitrio, ac uoluntate in singulis prouincijs constitutas esse.

Potissima adulatorum Rom. Pontificum ratio est, ad stabiliendam eorum potestatem & autoritatem, quam sibi falso arrogant, nullum fore contoversiarum & disceptationum in Ecclesia finem, non unus aliquis ad eas dirimendas in Ecclesia praesidetur, cuius sententia non liceat prouocare cuiquam.

Sed eius uanitatem redarguit Concilium Antiochenum, cap. 16. Si pares sunt, inquit, Episcoporum sententiæ, ut alij damnent alij absoluant, metropolitanus Episcopus ex propinqua prouincia quoddam Episcopos de eo iudicaturos aduocet, qui ambiguitatem tollentes cum prouinciæ Episcopis, quodam parti uisum fuerit, confirmet.

Vbi quæso relictus est Rom. Episcopus, ad quæ ex tua sententia sumnum iudicium referendū erat?

Post translatam sedem Imperij Constantinopolim, ambitione incensus eius loci Episcopus Ioannes, quibus potuit rationibus, conatus est sibi eam ministeriam super Ecclesias asserere, quā multis annis Tyrannus

Tyrannus Romanus exercuit. Sed quibus titulis
eum exceperit Romanus Episcopus Gregorius, e-
ius epistolæ testantur, in quibus acerrimè contra
hunc titulum pugnat, ne quis sese uniuersalem Epi-
scopum nominet. Dicit enim esse nouum, stultum,
superbum, peruersum, scelestum, prophanum, in
quem consentire idem sit, quod fidem abnegare.

Synodus Nicena uocat fumosum typhum secu-
li. Nolite, inquit, concedere, ut fumosum typhum
seculi in Ecclesiam Christi, quæ lucem simplicita-
tis & humilitatis diem, Deum uidere cupientibus,
præfert, uideamus inducere. Nec eius opinioni
suffragatur S. Cyprianus, ex cuius sententia non in-
tellecta, conatur probare inde natas hereses, q[uod] uni,
uni, inquiūt, in Ecclesia nō obtemperet Episcopo
summo tanq[ue] Iudici. Cum eo in loco magis illi pro-
positum fuerat petulantiam quorundam repreme-
re, quis sine causa metropolitanis contradicentes, ni-
hil nō sibi in Ecclesia licere arbitrarētur. Sed ut uni
in Ecclesia totius orbis Christiani primatum tribu-
erit unquam, huius uanitas ex eodem autore doce-
ri potest, cuius hæc sunt uerba in concilio Cartha-
ginensi: Supereft, inquit, ut de hac ipsa re, quid sin-
guli sentiremus proferamus. Neq[ue] enim quisq[ue] no-
strum Episcopum se esse Episcoporum constituit,
aut tyrannico terrore ad obsequendi necessitatem
collegas suos adegit. Quando habeat Omnis Epi-
k

scopus pro licentia libertatis & potestatis suæ arbitrium proprium, tanç iudicari ab alio non possit quum nec ipse possit alterum iudicare. Sed unius si expectemus iudicium Dñi nostri Iesu Christi, qui unus & solus habet potestatē & præponendi nos in Ecclesiæ sue gubernationē, & de actu nrō iudicandi.

Ex hoc loco Cypriani si libet potest etiam Grammaticus sumere responsum ad ea, quibus D. Brentium irridet, qui iudicium Christi expectandum dicet, cum neutra pars litigantium de sua opinione quidquam uult concedere. Sanctum martyrem irritat prius, q̄ in Brentio hac in parte quidq̄ culpet. Testantur & Prophetarum & Apostolorum præter Christum exempla, quām non sit, nisi uana hominum cogitatio, qui hominum iudicio de religione controversias committendas putant.

Cūm ἀσπάνθος τόλεμος esset & Apostolis & Prophetis cum summis sacerdotibus, de uero Deo cultu, quis præter Deum ipsum definiuit contentio opem: ad quem ueri Dei ministri prouocabant cum uiderent, quod summus pontifex non iudicaret iudicij ueritatem, sed ueritatem Dei peruerbat, ad suum suorumq̄ quæstum & arbitrium.

Valeat ergo Embricensis Grammaticus, cum suis peruersis rationibus, quibus nos à iudicio Dei ad hominē cōmenta deducere conatur, que ueritati nihil possunt præscribere, à qua oēs fideles pendent, ut cuncti hominē iudicia uarent, quibus non nisi ppter

IN PROLEGOM. IOAN. BRENT.

uerbum Dñi creditur, cui oīm hoīm iudicia subiecta esse debent & sunt, præter Antichristi Romani qui se supra scripturam & oēm Dei cultum extulit, sicut Apostolus prædixit.

Sed q̄ non expedit habere uniuersalem Episcopum, nolo meis, sed Nicenæ synodi demonstrare uerbis, cuius autoritatī scio uel ipse Grāmaticus ut cuncti aliās impudens nihil derogauerit. Prudentis simē, inquiunt, iustissime q̄ Niceni Patres prouide runt, que cuncti negotia, in suis locis, ubi orta essent finienda. Nec unicuiq; prouincię gratiam Spūs sancti defuturā, qua æquitas à Christi sacerdotibus & prudenter uideatur & constantissimē teneatur. Maxime quia unicuiq; concessum est, si iudicio offensus fuerit cognitorum, ad concilia suæ prouinciae, uel etiā uniuersale prouocare. Nisi forte quisq; est, qui credat unicilibet posse Deū cognitionis & exanimis inspirare iusticiā. Innumerabilibus aut in synodo cōgregatis sacerdotibus denegare, aut quod ipsum transmarinū iudicium ratū erit, ad quod testiū necessariæ personæ uel ppter sexus, uel ppter senectutis infirmitatem, uel multis alijs interuenientibus impedimentis adduci non poterunt. Hactenus synodus. Ad has rationes si libet respondeat, non mihi sed concilio Grammaticus. Ut interim nihil dicam de Faustino, qui criminis falsi est conuictus, cum sibi ex decreto Conciliij primatum super

omnes Ecclesias confirmatum impudenter assere ret. Si quæ ex Gratiano attulerit commenta, quibus in locis grauissimum crimen falsi commiserunt demonstrabimus, ut omnes uideant Papatum, & in primis, quē Romanus Pontifex sibi affingit primum super reliquas ecclesias, non nisi mendacij & tyrānide niti, quorum utruncq; huic sedi celerem ruinam minatur.

Sed ut omnibus huius Grammatici non dico in scitia, sed execranda impietas innotescat, libet hic ius annotare rationem, quam ad stabiliendam inpietatem & tyrannidem pontificiorum sacrificium assert.

Quid si illi (Deo) inquit, placeat per horum iniusticiam atq; tyrannidem punire in nobis met ipsius ea quæ ipsi admittimus, qui sumus membra contuētes corpus illud, cuius ille est caput. Consequitur ratio ut sit plana, in formā redigamus argumentū

Deo punienti peccata nostra non est resistendum. Deus per sacrificulorum impietatem & impuritatem punit peccata nostra. Ergo Deo in illis non resistendum, sed permittendum sacrificulis, quo suscipiunt & conantur, donec ipse Deus de eis suspicium sumat.

Ita me Deus amet, sic argumentatur furiosus Grammaticus. Certum est contemptus uerbi Dei pacuisse errores & corruptam doctrinam de Deo, id est quod

quod charitatem ueritatis non receperint, ut salui fieri
erent. Ideo mittet illis Deus operationem erroris,
ut credant mendacio &c. Pulchra autem est ratio,
Deus te punit per impietatem sacrificuli tui, ut sedu-
caris & credas mendacio. Ergo non licet tibi assur-
gere ad agnitionem ueritatis, aliás ipsi Deo relucta-
beris.

Hic desiderantur pueri Faliscorū, qui uirgis Grā-
maticum hunc in collectionibus melius erudiant.

Iusta est poena, q̄ cæcitate percutiuntur, qui ue-
ritatem oderunt & execrantur. Eius poenę recorda-
tione, ut se se erigant lapsi, & Prophetæ & Apostoli
monent.

Minatur Elaias Israelitis exitium, cuius causa erat
impietas sacerdotum, qui sua doctrina & exemplis,
populū ad impietatem peritrahebant. Sed q̄ popu-
lus non sit reuersus ad percutientem se, hoc à Do-
mino illis exprobratur. Tunc aut̄ fuissent reuersi,
si impium cultum abieciissent, quo Deum ad iram
prouocarunt: Pereunt ergo non punientis, sed sua
culpa.

3. Reg. 22. legimus: Cùm Dominus federet super
solium suū, & omnis exercitus coeli assisteret ei à de-
xtris & à sinistris, dixit: Quis decipiet Achab regem
Israel, ut ascendat & cadat in Ramath Gilead? Ego
suis est autem spūs, & stetit corā Domino, & ait: Ego
decipiam illum. Cui locutus est Dominus: In quo?

Et ille ait: Egrediar, & ero spūs mendax in ore oīo! Prophetarum eius. Et dixit Dñs: Decipies & p̄cūt̄ lebis. Certum est q̄ Deus uoluerit punire impietatem Achab per pseudoprophetas. Num, ppteret, pseudoprophetis non erit resistendum? Nam, secundum Grāmaticum Deo resistunt, qui tese pseudoprophetis opponunt, cūm hæc Dei sint per illorum ministerium facta iudicia.

Quorsum quælo euadet furor iste, si hæc Grāmatici consequentia ualeret, quam in pauca capita redigamus. Certum est sine Deo uolente aut permittente nihil fieri in Ecclesia.

Si fideles & p̄j fuerint ministri in Ecclesia, hoc bonitati Dei est tribuendum.

Si uerò fuerint indocti impuri infideles & impi, hoc iusto Dei iudicio est adscribendum, qui peccatis nostris irascitur.

Vtrisq̄ obtemperandum est, nisi uelis Deo relatari. Si n. bonitate Dei non saluaberis, tñ iusto Dñs iudicio dñaberis, qui si melior es es, etiā ministrus habiturus fuisses magis piū & in sacris eruditum.

An nō hec est furiosi & insani hoīs collectio? Ade & exemplū Christi, quo idem oībus persuadere conatur ex 2. Pet. 2. Christus, inquit, passus est pro nobis, nobis relinquēs exēplum, ut sequamur eius uestigia. Vult nos esse subdītos sacerdotibus, qui sedent in Cathedra Christi, Qualecunq̄ etiā hi sint, dum

dum modo tolerate eos Christus. Et iterum, inquit:
Quid, quod ipse filius Dei Dominus noster Iesus Christus,
in hoc uel precipue declarauit obedientiam suam, quam
prestitit Deo Patri usque ad mortem, quod se illis iudici-
bus, quantumuis iniquis & impensis iudicandum tra-
diderit & permisit?

Maior est haec blasphemia, quam ut uerbis refu-
tetur. Obedientiam scilicet filij Dei eodem detorque-
re, ut seruiat eorum uoluntati, qui recte sentientes
uolunt impiorum sacrificiorum sententias subiace-
re, ut horum dicta tanquam diuina oracula sequantur.
Itane Christus se se suamque doctrinam subiecit sa-
cerdotum iudicio, paratus eandem quoque abiecere, si
ipsi eam tanquam hereticam & blasphemam condenauerint?

Hoc scilicet queritur sceleratissime calefactor.
Nulla enim est controversia inter nos de ea obedi-
entia, quam prius Deo praestant, dum extrema malitia
subire pericula, quam impiam doctrinam sequi & ample-
cti. Nam enim filio Dei debent omnia eius membra. Mat-
thei 10. Luce 10. Sed hoc queritur, Cum sacrificiu-
lorum Papisticorum doctrina ex diametro pugnet
cum doctrina Christi, hisce temporibus ex tenebris
Traditionum humanarum eruta & resuscitata,
num mandato & exemplo Christi teneamus nos
ita illorum iudicio subiungere, ut quod ipsis li-
bet, sequamur. Et ideo tolerentur in Ecclesia,
quia Deus tolerat. Hic Categorice respondemus:

*Tollendi, nō
tolerādi sa-
crificuli.* Impijs sacrificulis nullo modo esse obtemperandū & obedientiam, quæ illis fit, non Deo præstari, sed ipsissimo diabolo.

Subditorum autem munus est, quod illis infertur mali, propter defectionem à sacrificiorum iniquitate, patienter ferre. Magistratus uero officium est, tales nebulones ex ouili Christi pellere, illorum impurum cultum abrogare, & operam dare, ut uetus Dei cultus apud subditos instituatur. Exempli sunt Iosaphat, Iosias, Asa, & reliqui, qui ex lege Domini edocti, idolatriam pariter cum idolis sustulerunt. Quod cum non possit, nec debeat fieri sine iudicio, pauca quædam etiā hoc loco, de iudicio Principum in religionis negotio dicemus. Ad mendacia non respondebimus, quibus refertus est liberius. Quod scribit Brentium asserere, non ad sacerdotes, sed ad Principes pertinere iudicium de religione, manifestum est mendacium. Hoc enim agit Brentius, ut aliquam partem iudicij uendicet Principibus, quo illi per sacrificios excluduntur, ut si solis uedicent. Eiusdem generis quod fingit, Ei ipso quo Principibus tribuitur iudicium, etiam munus docendi in Ecclesia committi. Non sumus usque adeò stupidi, ut non intelligamus diuersas uocaciones esse magistratum gerere, & in Ecclesia munera docendi fungi. Etsi secundum dialecticam Romanam ignorantiam hanc excusare possemus. Si enim prætextu-

IN PROLEGOM. IOAN. BRENT.

Prætextu Episcopatus, quod Ecclesiasticum munus
est, sacrificuli ad Principatus & regna aspirant, for-
tasse etiam Inuersio suum inueniret receptaculum.
Sed ualeant hæ ineptiæ. Nos sicut constanter asse-
rimus, Apostolica functione & uocatione, non nisi
docendi ministerium, & administrandi sacramenta,
delectis committi, nullo modo aut ciuilem Magi-
stratum, quem neq; Christus neq; Apostoli ad-
ministrarunt: Ita uicissim Magistratum sui officij ad-
monemus, quod à docendi munere est diuersum.

Dum pia solitudine curat Ecclesias instaurari,
non sibi docendi ministerium arrogat, sed ut mini-
stri suum officiū faciant, sua authoritate promouet.
Sallè irridet argumentū Brentij. Sicut Apostoli
à Caiapha non sunt missi, si non opus esse pios mi-
nistros ab Episcopis mitti, modo id fiat per Magi-
stratus & populi consensum.

Sed contrà, sciat nos eodē loco habere Caiaphā
& Romanum Pontificem. Nec tamen humanam,
sed Diuinam, adeoq; Christi uocatiōem ex senten-
cia Cypriani agnoscimus, qua Ecclesiæ cōlensu Mi-
nisterium docendi idoneis committitur personis.
Ait enim, Ecclesiam ipsam maximè habere potesta, D. Cypri-
nus Epistola
4. lib. 1.

tem uel eligendi dignos sacerdotes, uel indignos re-
cusandi. Quapropter plebs obsequens præceptis
Dominicis, & Deum metuens, à peccatore preposi-
to separare se debet, nec se ad sacrilegi (Sacrificuli

Papistici intelligas : Nam hi ex sententia Gelassij^e
mnes sunt sacrilegi. cap. Comperimus) sacerdotis
sacrificia miscere &c.

Cur Ordinem pro sacramento nō agnoscamus
aliàs explicatum est. Non recusant nostri Episco-
pos, qui modo uerè sunt episcopi, non saltem no[n]
sed etiam reipla . Quia uero maior pars sanam do-
ctrinā persequitur, Ecclesia ad suū ius redit, de quo
Cyprianus loquitur , Nec sibi accersit doctores ad
pruritū auriū, sed qui plebem rectè docere possint
Quòd si nō est oīm par iudiciū, sunt tñ aliqua et pri-
cipua mēbra , q̄ de doctrina rectè iudicare possunt

Quòd uero blaterat nostros nullo mō sacramētū
administrare, q̄ non sint ab episcopis ratiō & uncii
miror quomodo sui hūc sycophantā ferre possint
Nō .n. ignorant hunc esse Cypriani errore , quem
graüter confutauit Augustinus, Sacramēta scilicet
nō pēdere ex persona administrātis , sed uerbo Do-
mini, qd si ritè obseruetur, etiam ab hæreticis bap-
tismum conferri . Qua ppter si rebus suis consulū
uolent Papistæ, desinant tales grammaticos in nos
emittere. Nam metus est, ne totū ipsorum ædificium
euertant, qd cū ex mendacijs & imposturis cōstru-
ctū sit, ad modū circūspectè eis agendū censeo, si su-
os in officio cōtinere uelint, q̄ hac ratiōne elaberent.

Sed accedamus ad ea quæ sequuntur. Brentius,
quid in iudicijs de religiōe & negocio fidei Princi-
pibus

pibus tribuendum sit exemplo Theodosij docuit,
qui ad se uocauit Episcopos, & controversiarum,
quæ inter ipsos erant, iudex extitit.

Hic arbitratus est calefactor sese occasionem na-
tum, ut exagitaret Brentium: Accusat enim Bren-
tum criminis falsi. Quæ est, inquit, illa historia eccl^{esiastica}, quæ hoc habet & libro & eo capite? Et iterum: Atq^{ue} hæc dum agit lupus, lectorem decipit
falso inditio loci, in quo hæc habeat historia, ne ui-
delicet lector ad historiam possit recurrere, ut dolū
& mendacia deprehendat, sed lupo credat, historiā
ita habere ut ipse recitat. Et iterum: Si ille, inquam, lupus non esset princeps tenebrarum, sed reuera an-
gelus lucis, in quem se dolosis & mendacibus adu-
lationibus transformat, non uteretur talibus exem-
plis, quale ipse per mendacium suum finxit Theodo-
sium.

Et iterum: Vides lupe exemplum uerissimum, tuo isti per mendacium conficto ex diametro repugnans? Nondum satis deteguntur mendacia tua & imposture? Nōdum satis apparent quo ordine sum-
mus ille ac laudatissimus adeoq^{ue} diuinus Impera-
tor habuerit episcopos & sacerdotes? Vtrum ser-
uorum suorum, quale tu nefariè tuis istis seditionis-
simis mendacijs conaris persuadere Principibus,
an potius iudicū & p^{re}modū dñor^e suorū? Quod si quis sit non angelus mendatorum & imposturę

„, per adulacionis fecundus, ab illo tenebrarum princi
 „, pe, ad ingescandum illaqueandumq; missus, Sed an
 „, gelus lucis ac ueritatis à Patre lumen, ad ea, qua
 „, ab insidijs & laqueis liberant indicandum, uolueri
 „, reges & Principes eorum, quibus tum ipsorum, q
 „, populi salus continetur, libere quidem, sed salubri
 „, ter admonere, q amplam is haberet materiam?
 „, Et paulò post: liber enim hoc quoq; adscribere
 „, ut ex descriptione grammatici notæ essent uirtute
 „, Brentij. Iam ne, inquit, ferēdum est, ut unus aliqui
 „, homo ignotus hactenus, nulla re bona commen
 „, datus, sed multis etiam, & enormibus flagitijs re
 „, cens innotescens, sua audacia, conuiciandiq; &c
 „, mnes infamandi libidine percitus ea conuellar,
 „, sele censorem totius orbis constituat?

Agnoscis tua uerba grammaticæ? Ego principi
 tibi historiam Ecclesiasticam demonstrabo, qua
 tanquam figmentum obijcis. Deinde familiarite
 de tua in Brentium iniuria conferam.

In Socratis historia lib. 5. capite 10. sic legimus
 ὥστε τε καὶ οὐκέται, οὐτε πάρεξ ἐπάσοις ἔτοισον τοι τὰ βασιλεῖα
 δίνετε συνιγχόντο. παρεῖσταν οὖν νεκτάριοι μηδὲ καύειν οὐδὲ
 ουσίου προεισάγειν πίστως. Αριανῶν δὲ θηρόφιλος. Εὔνομοισαν
 αὐτὸς ἐννόμιοι. τῷ μὲν τέ μακριδονίου φρονοῦνταν, Ελιύσιοισαν
 ποιούν. Ο δέ βασιλεὺς Μέχετος μὲν τούς συνεληλυθότας, καὶ τὸ παρε
 σου πούματε γεγενέφου λαβάμη, κατέταστόν τε γενόμενοι, ποζαρέ
 τοις συνιεγῆσαι ἀντί τὸν βρέον πρὸς τὴν τῆς ἀλιθείας ὄδιλογήν. ἐπ
 ἐκαστὸν τῶν γεγενέψαντων πούματοις ἀναγνούσ, τὰ μὲν ἄλλα πάντα
 τοις χορισμόθες τριάδος εἰσάγοντα μεμφάμενοι. ἔργηντε μόνιμοι

Constituta die, cuiusque religionis Episcopi ad aulam uocati, conueniunt. Aderant igitur Nectarius, & Agelius homousianæ fidei Antistites: Ariang uero Demophilus: Eunomianus ipse Eunomius: Macedonianæ Eleusius Cyzicenus. Vbi conuenissent, excipit eos Imperator, & accepto cuiuscum dogmatis scripto, seorsim Deum impensè orat, ut SE ad deligendam ueritatē adiuuet. Deinde lecto cuiuscum dogmatis scripto, reliqua omnia, tanquam separationem sanctæ Triadis inducentia, reprehendit ac rumpit, Solum uero quod homousianam fidem continebat, laudat & amplectitur.

Hæc sunt Socratis uerba, quæ hue adscribere libuit, ut uideat candidus lector, quam nihil confinxerit Brentius, quemadmodum tu ipsum falso, & impudenter traducis.

Bonus Grammaticus nihil historiæ Ecclesiasticae uidit, præter Eusebium, & historiam, quam uocant Tripartitam, ex tribus authoribus, Theodoro, Sozomeno, & Socrate congestam. Cum ergo seorsim Socratis historiam nunquam inspexerit, inaudita temeritate & audacia rejicit, & tanquam per mendacium confictum exagitat, quod ex ea piè auctorè descriptum est.

Suprà ex Homero ad ostentandam suam eruditioñem, quosdam descripsit Græcos uersus. Sed quā-

tū prestitis let grecā cognoscere historiā, ne tā turpi
ter impingeret, sicut hoc loco factū uidet pius lec
tor. Age ergo adhuc legat, & si palinodiā canere nō
pudeat, saltē discat sibi in suis mēdacijs nō blādiri.

Sed ut donemus tibi ignorantia, qua abūde teip
sum hoc libello cōmendas, q̄ causa tibi fuit debac
chādi aduersus innocentē Brentiū, de repub. Chri
stiana optimē meritū? Audit abs te, lupus, mendax,
impostor, qui falso inditio loci lectorem decipiās,
princeps tenebrar̄e lupus (uanū .n. est effugium, q̄
lupi appellatione nullū hoīem intelligas. Dum .n.
eius organū Brentium facis, quid aliud agis, q̄ ut ip
so diabolo nobis duplo deteriorē pponas, qui for
ma humana indutus, et quasi incarnatus ad circūue
niendos hoīes cīrcueat? Et sicut ignis in ferro uehe
mentius urit: ita per hoīes, quore ministerio utitur
Sathan, plus incōmodat Ecclesię Christi) ignotus
hactenus, nulla re bona cōmēdatus, sed multis etiā
& enormib⁹ flagitijs recens innotescens. His tū
tulis decoras Brentium, qui q̄ recens innotuerit, &
qua sit honestate ac pietate, non Embricensis gram
maticus, sed uera ecclesia filij Dei, cui hactenus Bre
tijs suā operā impendit, audienda est. Sed ad ea q̄
in cōfuso tuo libello sequunt̄, pergā, postq̄ satis de
monstratū est exēplo Theodosij, qđ sit officiū piorū
Principū in cōtrouersijs religionis dījudicandis.

Quam instituit collationē flagitiore in Papatu, &
dissolute uitę inter nrōs, ferre possemus mōdō uer
diceret lycophāta. Ad ea uero respōdemus paucis.

Dissoluta uitia nostrorum prestare summum illorum sancti
monig, que in oculis Dei horribilis est abominatio.
De ecclesiæ & ministris, qd dicat ipse uiderit. Apud
nros nō nisi honesti souent mariti. Apud ipsos quō
uiuat in suo impuro & plusq Sodomitico coelibatu
toti orbi notū est. De simonica auaritia, turpitudine
& ruditate sacrificiorum qd dicā: Mirū si hęc mōstra
hoīm terra nō uiuos deglutiāt. nec opus ē hoc loco
testimōia mēdicare aut aliūde petere. Quales sint ex
ipsius cōmendatione audiamus, De emptiōe & uen
ditione sacerdotiorū. Vendī ea pueris, inq, & indi
gnissimis, nulla ratiōe habita Ecclesię: unde fieri, ut
Ecclesię aut nullos habeāt ministros, aut tales, q̄ sint
toti mūdo offendicula. Quis credat hūc Gram. sang
mentis esse: cū hęc de suis fateri cogat scelera, nihilo
minus tales nobis in rebus eterne salutis iudices ob
trudere audeat: quibus, utcūq statuāt, obediendū
esse doceat & iubeat, utcūq ēn̄tā diuina tñ oracula
esse credamus necesse sit, nisi diuine puidētię aliquid
detrahere, & exēplum Christi nō imitari uelimus.
In fine huius materię, Lyre interpretationē carpit, qua
sensū uerborū Christi reddit: Tu es Petrus &c. ut Pri
cipes sumo. I. Ro. Pōt. subiūciat, ne qd in religiōe sine
eius cōsensu statuant. De q̄ in plentia nihil dicemus,
q̄ nihil pr̄sū adferat noui, qd nō pridē sit grauitate
cōfutatū, sicut supra dēmōstratū est. Hoc saltē obser
uādū cēleo, cū S. patr̄ interpretationē tanq̄ indubitata
ueritatis regulā pponat, q̄ in oībus sequēdasit, q̄ sibi
nō cōstet q̄ ait: Nō eodē mō scripturā à S. Patrib. ex
plicari, qui cū sepe nō tñ abinuicē, sed secū ipsi pu-

gnent, unde quoq[ue] certitudo doctrinæ pereda erit.
 Siquidem iudicio Embricensis Grammatici proficere potuerint etiam sancti patres. Quin potius
 multo rectius sua saluti cōsulant fideles, si scriptura
 2. Timo. 3. sacram sequantur, De qua Apostolus pronunciat ad
 Timor. Que te sacre literæ, inquit, possunt instruere ad salutē, per fidē que est in Christo Iesu. Et hanc
 quidem Apostolus de Prophetarū libris uestro iudicio obscuris, cū nondum noui testamenti extare
 scriptura, que ueteris est cōmentarius. Horū colla-
 tio si nullam lucem faciet ad eruendā ueritatē, nō u-
 deo quid ex homī cōmentis plus doceri queat. In
 hūc ordinē etiam Cōcilia rectè redigunt, q[ui] rati-
 si ex scriptura doceri nō poteſt, pro uanis homī cō-
 mentis oia ipſore decretā merito habētur. Et qui ſe-
 erunt ex eorū numero eruditī ac p[ro]f[essione], nunq[ue] de hoc ſe-
 percilio ſomniarūt, q[ui]d ſibi falſo ſpurij uendicāt,
 tanq[ue] yv[er]to ipſore filij gloriātur iure hereditario,
 Iude[us] Iscarioth ſuccedut Apostolo, ne ipſore ſede
 Apostolica appellatione fraudetur.

Est præterea q[ui]d odiosè ſa[ecundu]m ac paſſim in libello
 ſuo inculcat argumentū, ut autoritatē sacrificulos
 maxiè uero Rom. Pontificē tueatur. Esto, inquit, ut
 rā ſint, que de sacrificiulis cōmemorātur flagitia; ſed
 nū pp[ro]pter hec ſeſe ſeparare debēt auditores, nec illi
 ſtare debēt iudicio. Absit, inquit, modo ecclesiſa
 Dei & sanctoſe ſepulchra ornent, presbyteros, dia-
 conos & Episcopos ordinent. Quia

Quàm stulta est nostri grammatici ratio, qua tan-
tum onus sustentare se posse confidit, q̄ iusta que-
rela Ecclesiæ de sacrificiis ei ostenditur. Num hoc
uestri summi Episcopi munus est, Prophetarum se-
pulchra dealbare, mitratos episcopos Ecclesijs ob-
trudere, quibus pompa & luxus, nullo modo autē
oues Christi curguntur? Ordinare indoctos Diaconi-
nos, & impurissimos sacrificulos, quales ex tua de-
scriptione habemus? Quin potius si nulla subsit,
hæc sola sufficiat ratio, ut Principes sui muneris cō-
monefacti, hosce tanq̄z fures & latrones ex domo
Dei ejciant.

Hæc sunt ex Embricensis descriptione p̄ij pasto-
ris officia, quibus si quis non uidet Phariseos nota-
ri, cæcus est, à quorum impietate si quis sese non se-
parauerit, sciat sese partem suam cum Phariseis ha-
biturum.

Si uero dicat: Propter impuram uitam sacrificu-
lorum nos non habere iustum causam separationis
ab illorum officio, quod ritè obeunt. Suprà respon-
dimus, impuram uitam non esse potissimam huius
separationis causam. Qui em̄ polluti sunt, sibi ipsis
polluti sunt, et si ne tales quidem Cyprianus ex Apo-
stoli sententia tolerandos censeat, cùm plus destru-
ant exemplo, quàm doctrina ædificant: sed hoc po-
tissimum in eis reprehenditur, quòd sint sacrilegi,
depravatores sacrarum literarum, duces cæcorum,

fures & latrones, q nullā ferē partē doctrine Chrī
anē incorruptā reliquerint. Hos errores nolunt gl
demōstrari, hos mordicus retinēt, gladio, igne, &c
genere tormentorū persequunt̄, q contra musici

Hic nobis bonus ille Grāmaticus persuadere co
natur subiectionē & obedientiā, & nō ueretur cul
liberare q̄tquot sese illorū decretis subiecerint, Ex
culo Christi, de quo ait impudēs os, q̄ Phariseis n
lo uerbo fuerit obstreperus, quorum mores tñ
prehenderit & increparit propter enormitatem pe
catorum, cùm toties eos appellauerit duces cecor
q̄ ex Patre diabolo sint, quorum doctrina sit inſtit
fermenti &c. Quid non audeat, quem tanti sceleri
non pudet, ut pronunciet Christum sese Pharisei
subiecisse tanq̄ recte iudicantibus & monentibus

Ex omnibus quotquot Babylonicum ſcortū co
tra nos eduxit hostibus, meo quidē iudicio, nullus
adeò enormiter blasphemus fuit conuiciator, atq
hic est Grāmaticus, quod ego magna ex parte ign
rantie eius tribuo. Nam quid mirū ſi de rebus pro
fusis incognitis minus reuerenter & circumſpecte lo
quitur? Cuius furorem ſi probauerint Papistæ re
iſla demonſtrabunt nobis q̄ illudant Deo & hor
nibus. Nec opus puto aliqua confutatione, ſed ce
tò statuant oēs Christi fideles, iam iam imminere pa
ræ foribus eſſe Antichristi & Papatus etiā extermi
ruinā, de qua Apostoli ſunt cōcionati. Hęc enim
trema uox Antichristi eſt, que i: ſe oēs blasphemia

cōplectitur, antea quidē etiā cantatas, sed tāta impudicentia uix unq̄ effutitas; iustificare s. iniustum & impiū Phariseorē iuditiū, ut tyrānis Papatus stabiliat, & pīj Prīncipes è statione sua pellant. Quoniā uero pīj Prīncipes semel manus admouerūt aratro, & certò sciunt, hoc genus hoīm ad oēs admonitiōes & obsecrationes obturasse aures, strenuè in purgādis ecclēsijs & regno Christi propagando pergāt. Nec sibi iudiciū Dni metuēdum sciant, cū suū officiū in Ecclesia fecerint, illorū minas spernant, defensionē à Deo expectēt, de cuius honore & nostra salute agit, Qui haud dubiē successum dabit speratū, modo integrō corde coram illo ambulemus. Nec pretextū uerbi aut licentiā carnis, aut opes & facultates queramus, quorum alterum infaustum est, posterius aut ipse Dñs cumulatē regnū suū querentibus adiūciet.

Quām triuolas aut, imò q̄z blasphemias rationes adferat, qui hanc curā cū uestra uocatione & officio pugnare clamitāt, hic blasphemus Grāmaticus docet. Quin potius piā libertatē arripite, quā uobis filius Dei offert, solutis tenebrarum uinculis, quibus Antichristus sua tyrannide, suis impijs & superstitionis legibus ferè totum orbem sibi subiecit.

Exēplo uobis sunt pīj reges ueteris testamēti, q̄ p Prophetas moniti, impiū cultū Dei à maiorib. insti tutum abrogārunt. Exemplum est pius Theodosius, nō p̄ mēdaciū cōfictus (sicut mēdax os Grāmaticicū

sui nōminis summa turpitudine clamitat) sed hist
ria demonstratus, qui sibi iudicium sumpsit de co
trouersijs, quæ tūm Ecclesiam exercebant, & inuo
cato noīe Dei, elegit ac defendit fidē, quā scriptura
sacris cōprobata uidebat. Nec patiebatur sele
eam redigi seruiturē, qua Embricensis Grāmaticus
pios Principes ex iudicio sacrificulorum penden
frustra ex suis fabulis Aesopis uader. Si quos u
dent periclitantes, de bonitate cause, ppter ea nūnq
dubitauerunt. Qua ratione etiam nunq̄ religione
Christianam sibi persuaderi passi fuissent, Post
aḡx̄t̄w̄d̄ūn̄p̄ nōster Christus non nisi per crucem in
gressus sit in suā gloriam, Ex cuius ore Apostolus
pronunciat, Per multas tribulationes penetrādū
esse ad ēternum piorum gaudium. Considerent, se
se grauissimam Deo reddituros rationem, si subdi
itorum æternam salutem non procurauerint, quo
sciunt gementes impijs legibus teneri. Terrorem
incutiant exempla regum, quos unā cum posterita
te deleuit Dominus, quōd autam impietatem moi
dicus retinerent, suoq̄ exemplo & autoritate popu
lum (ut Scripturæ uerbo utar) peccare fecerint. Ni
nime sepe peccare sciant, eiſciendo turpes sacrifici
los. Eos tanquam pastores ecclesijs præfici uider
tolerare, ueri, quid aliud est, quām se Deo oppone
re? Nec est q̄ de ui conquerantur, quibus mutatio
doctrine & ceremoniarum non alia ratione propo
nitur.

nitur, quām si sua tuerī nequeant. Ad quam collatiōnem pāsim sese obtulerūt, qui missificatores suo priuārunt munere, honestē tñ, utcunq; malē meritis prospicientes, cūm ipsi nō nisi crudeliter gladio, & igne in nostros sequiant & argumenta soluant, qui bus uerbi diuini autoritate nullo modo sese oppōnere possunt. Sicut haud ita pridē magni nominis Epitcopus in comitijs Imperialibus, pro concione dixisse fertur: Si nos (Papistæ) patiemur nos eò adducī, ut ex scriptura nostra cōfirmemus, multis modis causa cecidimus.

Cūm igitur pīj Principes ea solum amotterint, quæ cūm sacrī literis pugnant, sciant se omnibus rationē sui facti reddere posse, præterquām ijs, quo rum doctrinam nisi damnent, salutis æternæ rationem nondum probē perspectam & cognitā habent.

Hactenus de piorum Principum & magistratū officio, quantum illis tribuat uerbum Domini, contra blasphemias criminaciones Grammatici huius, cur in suo officio cessantibus aut reclamātibus Episcopis & sacrificulis & monachis, ipsi minimè cessa-re teneātur: ubi rationes & argumēta ex *wgoλεγομένοις* Brentij repetere nolui, sed solum propositū habui, impietatem huius calefactoris demonstrare, quām infelicitē labascenti cause Papistarum succurrere, & manus auxiliares præbere sit conatus, Cuius uocatio erat, fabulam Aesopi de hirco explicare, nec

cū tāta nota turpitudinis suos Episcopos infamare
à qbus, nisi desipiāt, ut opinor, malā gratiā reporta-

Postq̄ statum libri confutauerimus, opere (bit
precium fuerit, etiā ad reliqua breuiissimis respon-
dere, quibus ferè oēs partes doctrinę nostrę insta-
rabiosi canis allatrat Grāmaticus. Vbi simul & eius
apologiam examinabimus, quā aduersus bonū u-
rum, quisquis is fuerit, emisit, cui iudicium huius
de sanctissimo uiro Lutherō improbatūr, cui pro-
pter sua exīmia & singularia in ipsos merita Pon-
tex Rom. cum toto senatu Cardinalium statuam de-
bebat, ut sanctissimi uiri Lutheri, & eius meritorū
nunquam intercideret memoria.

In libello de dissidijs componendis Duo præcl
puè in Lutherō sanctae memoriæ Dei uiro repre-
dit, Vitam scilicet & doctrinam, ppter quæ in Apo-
logia suū temerarium excusat iudiciū, qui scripseri
eum iam apud inferos ardere. Id quām iustè fecerit
breuiter demonstrabimus.

Quòd uitam monasticam deseruerit, & uxorem
duxerit, Embricensi Grāmatico scelus est non nū
morte expiandū, siquidē uota reddenda sint Dño.
Verū bonus uir, dum uerā rationem uotorū non
intelligit, nemini mirū uideri debet, si minus apie
colligat. Scriptum fatemur: Vouete & reddite. Sed
uicissim non ignorat, tñ ea uouenda esse, quæ sum
in nrā potestate, quæ piè & honestè seruari possunt
Ea

Et q̄ nō ligent stulta uota, apud eos perquirat, à qui
bus hos canones accepit. Non aut̄ esse in nostra po-
testate uirginitatē custodire castam, Christus ipse
docet. Non oēs, inquit, capiunt uerbum hoc. Cūm
ergo singulare ac particulare donum Dei sit, quod
Deus nunc concedit nunc denegat, quæ tyrānis est,
ordinatione diuina reclamante, conscientias ligare
stulta promissa, quā sine pollutione animę & corpo
ris seruare nequeunt. Stulte ergo egerunt hoībus
obtemperantes, q̄ uouerint, quæ non sint in ipsoꝝ
potestate. Impietas aut̄ est, reclamante & urente na-
tura, ordinem diuinitus traditum non sequi. Adde
etiam hoc si libet, castitatem uouisse, quotquot in e-
iusmodi speluncas sunt detrusi. Eam aut̄ impiè nega-
bis in matrimonio quoq̄ esse, adeoꝝ oēs coniuga-
tos turpitudinis nota infamabis, aut̄ fateberis necel-
le est, qui, ut Paulino uerbo utar, τὸ πνεῦμα in
se experiuntur, cui nullis exercitijs se se resistere pos-
se uident, dum ordinationi diuinæ se se subiiciunt,
nihil prorsus in Deum peccare.

Hic enim nulla ratio habenda est uel traditionū
humanarū uel promissionū stultarum, cūm homo
uider se ad ordinationem diuinā trahi, cui obtem-
perandum est, ne te nefanda libidine polluas. Cu-
ius exempla tam horrenda passim extant in omni-
bus ferè collegijs, ut ad eorum cogitationem oēs p̄i
toto corde perhorrescat. Quę, n̄iſi tenerę & bñficio

Dei horum plusquam Zodomiticorum Icelerum
ignaræ iuuentutis parceretur, iam pridem toti orbis
fuerint demonstrata. Intelligis scilicet Grāmatice
quid uelim, si tamen non etiam cum intellectu sen-
sum communem amissisti?

Quæ ergo de uotis affert, aliâs refutata sunt, o
mirer qua audacia Grammaticus hæc denuò affer-
re in medium audeat. Ad locum Ambrosij admo-
dum ineptum hoc iam responsum Grammatico da-
mus. Si probauerit nobis, idem esse ad altare uela-
ri, conderi, in monasterium detrudi, quod Christo
desponderi, parati sumus sanctissimi uiri Lutheri
lapsum unâ cum ipso etiam anathematizare. Quod
cum nunc præstare possit, frustrà Luthero, tanq;
crimen obijcere poterit: & nos ipsum tantisper con-
tra criminacionem Grammatici absoluemus, do-
nec diuersum edocli fuerimus per hoc Theologo-
rum Louaniensium monstrum ex Embricensi cho-
la euocatum. Erasmi inconstans de Luthero iudicium
hac in parte non moramur. Cui quomodo re-
ligio uera & syncera cordi fuerit, ipse in quadam ad
Vulhelnum Montioium Baronem Epistola pro-
dit, ubi scribit, Se malle in nonnullis falli, quam cu-
,, tanto tumultu Orbis pro Veritate digladiari. Hoc
scilicet est Apostolicum, fauorem hominum uerita-
ti Euangelicæ præferre. Si hominibus placerent,
inquit Apostolus, seruus Iesu Christi non esset.
Quam

Quām uanū etiam sit, qđ pōtificius adulator scribit de omnibus ijs , qui doctrinam reuelati Euangelijs sequuntur, res ipsa demonstrat, uidelicet, Quotquot se se nobis adiungant, exuant prorsus hominem. Nolumus hic odiosam instituere collationem humanitatis nostrorum & crudelitatis uestrorum, quā multi sancti martyres sunt experti: Modò omnibus hęc uanitas innoteſcat, qua ueritate destituti, ad criminaciones confugitis tanquam extrema præſidia. Sed queſo te, ne poſthac ex Erasmo aduersus nos adferas testimonium , ne cogas etiam inuitos de ipſo pronunciare, quibus mallemus defuncto, & de literis humanitatis benē merito parcere, cuius testimonio, ſi quid aduersus nos probare uolueris, prius hæresi absoluaſ neceffe eſt, qua nuper in Concilio Tridentino per tuos notatus eſt tanquam hæresiarcha, qui hæresin introduxerit, quā Lutherus perfecerit. Doctrinæ capita, que in Lutherō & diſcipulis eius reprehendit, ſunt multa, que etiam in Apologia repetit nugator, ad ea etiam breuiter respondere.

Primum eſt, qđ autoritatē sacrificulorū ita apud imperitam multitudinem traduxerit, ut illos ab officio ſuo arceret. Et qđ ſustulerit Omnia, Omnis diſciplina preſertim Ecclesiasticæ repagula.

Selquipedale hoc eſt mendacium, & cōmentum Grammatici, Lutherus, ut autoritatem Episcoporū

tueretur, monitor fuit sedulus, ut ea cauerent, & v
admitterent, quæ cum officio ipsorum pugnare u
deantur. Eius generis erat immodicus luxus, nefar
dæ libidines, prætextu castitatis, Mercatus indulgen
tiarum, nundinationes Missarum, Traditiones hu
manæ, quæ diuinis preceptis preferebantur, & m
iseræ erant conscientiarum carnificinæ, & quod m
ximū est, ut idoneos præficiant ecclesijs ministros
quas magna ex parte nō nisi indoctissimi & turpis
mi de Epicuri grege porci occupauerāt. Sublata h
pocrisi, uera disciplina & Euangeliu digna instaur
eū. Hęc, inquam, monere, est tibi autoritatem Ep
scoporum eleuare? Inter personas & officium pre
bè distinguas Grammatice, quæ si male cōsentiant
iniuria succēses in personas peccanti, qui ordinem
cupit restitutum.

Autor certè fuit & hortator pīs Principibus, du
non tantum cessarent, sed recalcitrarent Episcopis
sacrificuli, ut miserati salutem subditorū, ipsi de re
formandis ecclesijs cogitent. Quod cūm per gratia
Dei perfecerit, hoc magis Deum laudamus, pro tan
to nobis oblato beneficio, quò magis tibi ac tuu
dolet.

Piè & recte negauit utruncq; Lutherus, Non esse
in manu Ecclesiæ, neq; articulos fidei, nec leges bo
norum operum condere.

Nam quod de lege matris ex Salomone adferri
mani

manifesta est eius loci deprauatio, ubi Salomonis
beros instituit, ut colant parentes, non patrem so-
lum sed etiam matrem, & docet, quod illi præcepe-
rint, non sint hominum præcepta, sed diuina iusa
& mandata. Hoc ineptus Grammaticus per allego-
riam ad Ecclesiam refert, quod suis Scholasticis lo-
phistis non inusitatū est, Quibus scriptum est quid
uis, cuius sententijs instar cerei nasi ad omnia deli-
ria & figmenta accōmodare seu potius trahere pos-
sunt. Nec pater neq; mater condunt legem, sed di-
uinam legem sibi traditam explicant & euoluunt
liberis.

Multò maior deprauatio est, quam subiungit de
Lucerna. Quorsum autem, inquit, attinebat adjice-
re illud de lege matris, si mater nullū habet ius con-
dendi legem? Quin imò mandatum patris lucernā
dicit, legem autem matris, eiusdem lucernæ lucem.
Quid prodest habere lucernam, si nō luceat? Quid
prodest habere precepta Dei, scripturam diuinam,
si non accedat à lege matris Ecclesiæ lux ueri intel-
lectus? Vide quò hominem adigat insania. Scilicet
iudicio huius Grammatici in familia prestabit ma-
terfamilias patri, si doctrinam spectes, siquidem pa-
ter est tantum lucerna, uxor autem est lux lucernæ,
sine qua patris doctrina non lucere potest.

Sicut autem hæc à Grammatico conficta cœono-
mica lex intolerabilis est, ita allegoria, quam inde

extruxit, est extremè blasphema, uidelicet, patrem cum filio esse lucernam, legem uero matris Ecclesie esse lucem. Quid hoc aliud est, quam dicere Deum Patrem, cum suo uerbo, hoc est, filio, qui æternum Patris uerbum est, & scripturam sacram, cuius ledione per spiritum Christi illuminantem corda nostra in utriusque cognitionem peruenimus, tenebras dicere, Traditiones uero humanas lucem? Potest enim maior blasphemia à quoque in Deum & uerbum eius excogitari?

Si de sua Ecclesia loquitur Grammaticus, quando colluuie impurissimorum sacrificiorum & monachorum definit, dicimus eam lucem esse, sicut stellæ vaccinum aut equinum in lucerna.

Quid enim aliud sunt traditiones uestræ, quibus mundum repleuistis, quam obscuratio mandatorum & promissionum uerbis Dei?

Si uero de Ecclesia Christi & sponsa eius loquitur, scimus hanc in seipsa consideratæ tenebras esse, sicut dicitur: Vos quondam eratis tenebræ, uera aetatem lux est Christus. Erat ille lux uera, quæ illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundum. Et iterum: Ego sum lux mundi, qui sequitur me, non ambulat in tenebris. Homines uero in Christum credentes, & quorum corda Christus per fidem in habitat, sunt instar lucernæ, in quibus haec lux habetur. Et hoc est quod D. Paulus addit: Nunc autem lu-

lux in Domino: hoc est, Dominus ipse est lux, cuius participatione & uos instar lucernæ (quæ sua natura, ut sic loquar, cæca est, nihil neque uidens, neque illuminans) illuminati estis. Sic & Basilius.

Tis ἀντεις χριστίου ἐλθη μανία, ὡς ἀφ' ἑκαντόν τολμῆσαι τοι
καὶ μεχρις ἐννόιας λαβεῖν ὃς ὁδηγοῦ μὲν τῷ ἀγέλον καὶ ἀγαθὸν των
ματθητῶν καὶ εἰς ἄλλην εἰς τὴν ὁδοῦ ἓπειρον τοις εἰς τὰς κατά τε
νοῦν εἰς λόγον καὶ πρᾶξιν, τυφλὸς δὲ καὶ εἰς σπότηδιαγένεν τῷ οὐ-
διον τῆς θλιψίσουντος ἀντοτοι τῷ κυρίῳ ἡμῖν Ἰησοῦ Χριστοῦ τῷ φωτί-
ζοντος ὥστε ἀπτοτοι ταῖς ἑαυτοῦ ἐντολαῖς. ἢ γάρ ἐντολὴν κυρίου φη-
σι τηλαχὺν φωτίζοντα ἐφθαλμούς.

Vtitur autem utroq; vocabulo promiscuè scri-
ptura Psal. 119. Lucerna pedibus meis uerbum tuū,
& lumen semitis meis. Ordinem autem rerum in-
uertere furor est & insania.

Mater enim Ecclesia, si quid preciperet, à patre non mandatū, eo loco habendū esset, quo Christus pronūciat ex Esaia: Frustra me colunt docentes doctrinas & mandata hominum. Si uero eadem sunt matris, quæ & patris mandata, ubi tua lux consistet, quam lucernæ patris addere uoluisti fabulator? Non erat ille lux, dicitur non de Baptista solum, sed omnibus hominibus. Ex quorum numero, qui illuminati sunt luce uera, quæ est Christus, etiam lux appellantur, ea uidelicet ratione, qua ueram lucem participant, illuminati scilicet non illuminantes.

Nulla igitur sunt matris Ecclesiæ præcepta, nisi quæ Pater prior mandauerat, quæ si mater ex spu-

patris suis filijs tradat, propriam legem non dicitur tradere. Si quid enim patris mandato repugnat, falsò Ecclesiæ nomen ei prætexitur. Ac uerè in tuam Ecclesiam dicitur: Si lux quæ in te est tenebræ sunt. Tenebræ quantæ erunt: Si non habetis aliam lucem quām deliria & commenta sophistarum, in quantu[m] quoq[ue] & inextricabilibus tenebris degitis?

De consuetudine quod adfert Grammaticus et Paulo, quām est insulsum. Si quis autem uidetur contiosus esse, nos tales consuetudinem non habemus, neq[ue] Ecclesia Dei. Num tibi sola consuetudo est Ecclesiæ, & non expressum mandatum Dei prohibens contentiones?

Quòd uerè subiungit, ideo Ecclesiæ matris legem odiisse Lutherum, quia fuerit leno turpissimæ metrericis (uxoris suæ) à qua ipsum custodire potuisse set. Hoc nemo nisi scurra de Luthero dicere potest, quām sanctè enim & honestè uixerit cum coniuge testes idonei ipsorum cōuictores esse possunt. Sed si examinare uelimus huius Grammatici matris Ecclesiæ, hoc est, turpissimi scorti babylonici legem de coelibatu, totus mundus loquetur, quomodo ipsos sacrificulos & monachos à muliere mala & à blanda lingua extraneæ custodierint. Quin potius summa turpido istorum hominum docet, legem de celibatu nihil aliud fuisse, quām quod Apostolus dicit, doctrinam dæmoniorum, quamsecutæ sunt hotrendæ

rendæ & nefandæ libidines.

De altera parte, quod Ecclesia non habeat potestatem condendi articulos fidei, mihi nihil prouersus dicendum putabam, quod non existimem post confutata Sophistarum deliria, quenquam ad eum insanum esse, qui diuersum sentiat. Quia uero etiam hac in parte miserè exagirat Lutherum Grammaticus, ruritas sua ei demonstranda est.

Exemplis docet, Ecclesiam habere potestatem condendi nouos articulos fidei. Dic mihi ergo, inquit, quis statuit illos duodecim articulos, quos adhuc habemus regulam fidei nostræ? Apostoli, inquit. Nam inde dicitur symbolum Apostolorum. Responde.

Sed cum hoc facerent Apostoli, in ipsis Apostolis fuit Ecclesia. Igitur Ecclesia constituit illos articulos. Cum impius ille Arrius turbaret Ecclesiam, blasphemò illo suo dogmate de filio Dei, quis condidit hunc articulum, ut credamus, Dominum Iesum Christum esse non factum, sed genitum, de substantia Patris, Deum ex Deo, Lumen ex lumine, ^{et} unitate Patri, hoc est, eiusdem cum Patre substantię: Quis inquam condidit, quis constituit (ut Lutheri uerbo utar) hunc articulum fidei? Nonne Ecclesia? Haec enim erat tunc in illis trecentis octodecim Episcopis, quemadmodum in Apostolis, quando considerunt & constituerunt prius illud Symbolum.

bolum. Hactenus Grammaticus.

Quid ad hæc dicemus? Nondum agno scis stoditatem Grammatici, ut qui nihil prorsus in sacris literis intelligat? Sed paucis sic accipe, et si indignus es ad hasce tam crassas nugas respondere.

Si Apostoli primūm hos fidei articulos condiderunt, sequitur, prius ignotos fuisse Ecclesiæ quæ Apostolorum tempora præcedebat. Ad hoc respiceat si potest, acutus dialecticus. Quid quoq; credidissent sancti Patriarchæ, si ignorassent Deum conditorem & conseruatorem omnium, Christum redemptorem, Spiritum uiuificantem, Vnde testimonia mortis & resurrectionis suæ depropria Christus, dum ruditatem suorum discipulorum reprehendit. Nolo enim hic Prophetarum testimonia omnibus nota commemorare. Si uero de passione Christi, de morte, descensu in infernum, resurrectione, ascensu in coelum, aduentu eius ad Iudicium, de spiritu eius, de remissione peccatorum, de carnis resurrectione & uita æterna certi fuerūt, quæ insania, aut quis furor est dicere, Apostolos & Ecclesiam in Apostolis nunc primūm hos articulos condidisse?

Sic etiam respondendum est ad articulum de diuinitate filij. Si Nicena synodus primūm eum condidit articulum, ut Christum uerum Deum & eternum filium Dei agnoscamus & credamus, Se

quitur non tantum sanctos Patriarchas & Prophetas, sed etiam ipsos Apostolos ignorasse. Sed quis sanæ mentis ausit hoc cogitare? David ait: Dixit Dominus Domino meo. Abraham desiderauit uideret diem Christi. Micheas dicit egressum eius esse à diebus æternitatis. Jeremias ait, & nomen eius, quod uocabunt eum Iehoua iusticia nostra. Esaias appellat eum Emanuel &c. Deum fortem. Petrus ait: Tu es Christus filius Dei uiui. Thomas ait: Deus meus. Ioannes Euangelista: Et Deus erat uerbum, & per ipsum omnia facta sunt, & uidimus gloriam eius quasi unigeniti à patre. Sed quid ego haec commemoro omnibus nota, quibus blasphemus error Grammatici refutatur, qui nobis hunc articulum à 318. Episcopis Niceæ primum conditum obtrudat.

Deinde etiam hoc preposterum est, quod ait Ecclesiam in ipsis Apostolis & Episcopis fuisse, ut suum figmentum de stercore uaccino stabiliat, Cum dice re debuisset, spiritum Christi in ipsis fuisse, qui per Apostolos tanquam membra & ministros hanc Ecclesie suæ tradiderit ueritatis doctorem.

Nam prorsus absurdia est locutio, qua afferit Ecclesiam fuisse in Apostolis. Sic enim dicemus Simeonem, Mariam, Pastores, Zachariam, tria millia credentium &c. in ipsis Apostolis fuisse.

Quam falsæ irridet Lutherum, qui nobis Christum tanquam articulum fidei obtrudat? Quid quæsto

credatis, qui hoc non crediderit: Cum D. Paulus ad Corinthios scriberet: Non enim iudicauit me sed re aliquid inter uos, nisi Iesum Christum, & hunc crucifixum, quid putas hunc Grammaticum dictum fuisse? Num Paule articulos fidei ignoras, an uero Christum pro articulo fidei obtrudis Ecclesiae? Quis protinus te in scolâ recipias Grammatice, ad fabulas tuas, custos uirgâ, calefactor ad scolâ reuocâdus es?

An uidetur tibi aliquem articulorum fidei ignare, qui Christum per fidem est amplexus, in quo pater est cum sancto spiritu, in quo uniuersa salutis nostræ ratio consistit? Hic & articulus fidei est, & fundamētum omnium articulorum, qui in scriptura exp̄ressi sunt: Alios aut̄ condere, est priores negare, Ecclesiam Christi ignorantiae arguere, sicut paulus ant̄e dictū est. Plenum tyrānide pontificia est, quo scribit. Porro quicquid hic Consul (Papa) uniuerso Episcoporum senatu decernit, constituit,

Nota., mandat, siue credendum, siue faciēdum, hoc recipi, endum est, tanq̄ oracula diuina. Addemus etiam liber, quod Dist. 40. cap. Si Papa, scriptum in decreto Gratiani. Si Papa suæ & fraternæ salutis negligenter deprehēditur, inutilis & remissus in suis operibus & insuper à bono taciturnus, qđ magis officit sibi oībus. Nihilominus innumerabiles populos cœuatim secū ducit primo mācipio gehēnę cū ipsis regis multis ingēnū uapulaturus. Huius culpas illud

redarguere præsumit mortalium nullus, quia cunctos ipse iudicaturus, à nemine est iudicandus, nisi deprehēdatur à fide deuius, pro cuius perpetuo statu uniuersitas fidelium tanto instantius orat, quanto suam salutem post D̄eum ex illius incolumitate animaduertit impensius pendere. Si quis Antichristi uestigia & uocem non agnoscit, non uideo quid preterea ostendi queat: Christiani uero edocti spiritu sancto, nemini eam autoritatem tribuunt, sed si angelus etiam è cœlo diuersam doctrinam adferret, esset ipsis anathema. Et hoc quadrat, quod suprà ex Basilio posuimus. *Tis ἐν τοις πατρικοῖς εὐαγγελίοις καὶ ἀπόστολοις.*

Responde ἀντίχειστον ἀντιμετωπεῖ;

Relinquamus ergo Papistis sua conciliabula, de quibus nolunt ex scriptura iudicium admittere, ut qui causæ suæ diffidunt.

Quod scribit, nullum certius signum, quo citius & expeditius, ac euidentius cognosci queat hereticus, & à doctore ueritatis discerni, ὅπερ si prouocet ab Ecclesia ad iudicem scripturam: falsissimum est: Sicut enim Christū ipsum & Apostolos heresios accusamus, quod ab autoritate summi Pontificis, & oīm Scribariū ac Phariseorū ad doctrinā Mosi, & reliquo Prophetae prouocabat, & hōre deprōptis testimonij aduersarijs ora obturabat. Scio hoc esse Tertuliani dictū, sed lōgē alio sensu ab ipsopositū aduersus eos.

qui ad scripturam partim mutilatam, partim suppedititiam prouocabant, sicut in Prolegomenis Brentij uidere potuisses, ad quæ cùm sis mutus, etiam hi non putavi plura dicenda esse. Quin rectius hoc dictum inuertere possemus: Qui à scriptura ad Ecclesiam, qualem tu fingis, prouocant, certissimi hæreseos nota designari. Si enim rectè sentiunt, cum Scripturam ita formidant: à qua si sua doctrina & traditionibus dissentiant, rectè errorum hæresecionis & uanitatis arguuntur.

Sit ergo hæc nota certissima hæreseos, qui scripturam recusat admittere iudicem, hunc nondum probè in sua fide institutum & uacillare, aut prorsus hæreticum esse.

Cùm Ecclesia sit fundata, ut secundum D. Paulum loquar, super fundamentum Prophetarum & Apostolorum de Christo, siue super Christum ipsum per doctrinam illorum, ne sycophanta hoc nobis calumnietur, omnes uident non nisi summa Dei conuenientia sibi arrogare Papistas, ut etiam scriptura dominentur.

Non fuit situm in arbitrio Ecclesiæ, quæ uellet colligere aut respuere Euangelia. Sed cùm ueritati Euangelijs iam subiecta esset & addicta, non poterat eorum somnia probare, que sciebat cùm ueritate pugnare, quam ab Apostolis & eorum discipulis edocerant. Nec propterea Ecclesiæ iudicium admittimus,

mus, quod dicimus, eam de sacra scriptura solummodo testari. Eius enim ueritate munita & confirmata, omnes oīm hominum doctrinas iudicat, & ut Apostolus loquitur, omnes spiritus probat num ex Deo sint. Quod autem ex uerbo Domini uerè ac rectè iudicat, non hominum est, sed Dei iudicium.

De Concilijs quod adfert, Lutherum eorum autoritatem ita conuellere, ut etiam sanctis Apostolis non parcat, quanta hæc quæsto impudentia est. Sensus uerborum Lutheri est; Nullius hominis quantum sancti autoritatem debere esse tantam, ut si ne scripturæ testimonio, quæ ad æternam salutem spectant, quicquam sit credendum. Fides enim nō est opinio, sed certa fiducia, quæ non humana auctoritate nascitur, sed solo Dei uerbo, quod cùm deest, opinio dicitur, non fides, hominis assensus.

Hoc sycophanta in calumniam rapit, quasi & Apostolos in ordinem redigat. Quanta hæc sit improbitas omnes uident. Sed quām sibi non plus arrogauerint Apostoli, ipsorum scripta declarant & conciones, quas ex Prophetarum libris comprobabant. Sed ne quidē ipse Christus grauatus est subiectus hanc rationem, Verbum, quod ego loquor, non est mihi, sed eius, qui misit me. Digna sanè erat æterna ueritas, cui fides haberetur, quæ ad confirmationem lux doctrine non grauatur Prophetarum producere testimonia. Christo autem longè sancti

ores, & magis fide digni Pontifex Romanus cum Cardinalibus, qui hac lege non tenentur suorum decretorum rationem reddere ex uerbo Domini sed iuxta Grammaticum nostrum, quicquid decernant, constituant, mandent, siue credendum siue ciendum, recipiendum esse tanquam DIVINA RACVLA, sicut enim loquitur.

Quos tanquam errores ex libris Lutheri descripti enumerat, apud Christi fidèles pleraque sunt indubitate axiomata: Reatum peccati scilicet in baptismi remissum, sed ipsum morbum adhuc in natura post baptismū herere, aduersus quē homini pugnandi quandiu uixerit hanc mortalem uitā. Contritione item peccata non deleri, sed per eam hoīem in agnitionem magnitudinis & multitudinis peccatorum produci, quod Lutherο est peccata augeri, quæ solo laetamine Christi deleta sunt. Item enumerationem peccatorum, præterquam sit horribilis carnificina conscientiarū, etiam impossibilem esse, iuxta illud: De licta quis intelligit? Item ad hoc ut sciamus nos esse absolutos à peccatis, non nisi fidem in Christum acquiriri indubitata est regula Apostolica. Item cum alia solutio à peccatis sit annuntiatio gratuitę misericordię Dei remittentis peccatum propter mediatores Christum, quod in casu necessitatis quilibet Christianus præstare potest, non minus ualebit hæc alia solutio, quam Rom. Pont. de quo num credat Dum

um & eternam uitam, adhuc dubium est. Interim ordinationi diuīng nihil detractū uolumus, quē in ministerio est ueneranda. Quoniam Rom. Pont. Antichristum agnoscunt rectē docētur diligere excōmunicationem. Loquimur aut̄ de ea excōmunicatiōe, quam ppter doctrinam nostrā, quam scimus esse piam, aduersus uerēpios tanq̄ fulgur ex pelui emitit suas excōmunicationes, quae publicū testimonium sunt, q̄ cum eius impietate & idolomania & blasphemij nihil habeant commune.

Opera bona fidelium, cūm nō sint in se perfecta, imperfectio aut̄ peccati nota sit, rectē dicitur in opere bono iustum peccare, quod idē est, ac si dicatur, ea opera non perfectē prestari, sicut à nobis exiguntur. Hanc imperfectionem aut̄ esse ueniale, quia opera fiunt in fide Christi, propter quem nunc cum persona etiam opera placent.

Hæc dum neq̄ intelligat neq̄ credat Grāmati-
cus, luce meridiana clarius est, eu nihil prorsus cre-
dere, & quā sibi falsō persuasit fidem, nihil preter op-
pinionem esse. De cœna dñica uidetur sibi cornicū
configere oculos, ac superare acumen oīm eorū, qui
haec tenus p Papatus honore ueritati cōtradixerūt.

Cōmunionē sub utracq̄ specie ideo suspectā esse
debere autumat, quia à Lutherō p̄tinaciter urgeat
q̄ sit hereticus; cur nō eadē ratione & diuinitas filij,
quia à Lutherō urget contra Iudeos p̄tinacissimē.

Quæ de consecratione adfert dubia, dum Apo
stolicis scriptis ignorata inculcat, seipsum uanitatem
arguit. Et hoc nomine pessimè de scholasticis men-
tur, de quo necdum certi aliquid statuerunt.

Nam quod ad illa externa attinet, constat suæ Ecclesiae libertas, de quibus in sacris literis nihil certum est definitum aut prescriptum.

De consecratione scimus, creaturam non posse
facere sacramentum. Christus autem suo uerbo dicere
lecravuit panem & uinum, ut dispensatione corporis
& sanguinis sui seruiant.

Dicuntur autem & ministri consecrare panem
& uinum, quando annunciatione mortis Domini
quæ in uerbis cœnæ breuissimè comprehensa est
panem & uinum, in usum destinant, ut mysterio di-
spensationis corporis & sanguinis Christi familiari-
lentur.

Consecratio autem Papistica, merè est magia
qua opinātur creatorē illi, sele missatione magi-
ca uerborum Christi, quæ prophanant, ex substan-
tia panis & uini corpus & sanguinem Christi con-
cere, de quo aliâs copiosè dictum est.

Quòd Christus uinum aqua miscuerit in cœna
præter mysterium, quod Grammaticus adfert, nu-
per in concilio Tridentino, aliquis ex sanctis Pan-
bus probabilem attulit rationem. Virum enim, qui
hydriā portarit, aquam ad cœnam attulisse, qua uer-
risimile.

risimile sit Christum miscuisse uinū. Vinum enim in ijs locis forte est, & cum Christo restarer prolixa concio, ne inebriatuſ ſuum officium non poſſet faſe, aqua indubitatō uinum miſcuerit. Historiam & factū narro pie ac Christiane lector, nihil fingo.

Vide calefactor, tantum abeft, ut tuæ ſententiaē contradicam, ut etiam probationem fundamenta-lem paratus ſim tibi ſubiſcere.

Itāne defecere uos probationes, ut ad uarias allegorias, & blaſphemias coniecturas confugere cogāmini? Vanifſimum etiam commentum eſt, quod blateras, Christum in coena ſui corporis & ſanguinis oblationem instituisse. Sicut enim in cruce faciſij nomen obtinuere corpus & ſanguis Christi, ita in coena non niſi cibus & potus ad manducandum & bibendum nobis proposita ſunt, ut fidem noſtrā alamus.

Sacrificij nomine, quomodo uifint ueteres, ſa- pē dictum eſt, & non niſi ad munera, quæ pīj offere bant, & preces Ecclesiæ refertur. Quapropter, quæ ex Patribus ad fert testimonia, millies ab alijs addu- eta, nihil faciunt ad probandum, quod Ecclesiæ ob- ieiunt commentū de Missæ idolo, quo horribilius hic mundus non uidit. Et quidē hanc ipsam ob-cauſam, q̄ cum articulo iuſtificationis pugnet, ſicut Lu- therus loquitur, de q̄ paulè post uidebimus, ne omnia, exemplo huius furiosi hominis, cōmifceamus.

Audiamus quæso contra communionem subutracþ, ut uocant, specie bellam rationem, à nemine ut opinor, hactenus adductam. Si ad alios, inquit dixisset Christus, aut alios præter duodecim Apostolos uoluisset indicare, non dixisset Bibite, sed Bebant. Hæc nobis ex Grammatica sua eruit hic calefactor, quia professione Grammaticus, quod hanc nus scholastici Theologi exercitati Sophistæ ignorarunt. Ac nisi eadem Grammatica rationem suppeditaret, adeo argutum argumentum difficile fuerit confutare. Ex contextu uerborum certum est Chistum quoq; non nisi ad Apostolos dixisse, Communitate. Si igitur hæc Grammatica ratio ualeat, necesse riò sequitur, etiam priorem partem Sacramentum hil ad laicos pertinere. Si enim alios quam Apostolos uoluisset indicare, dixisset, Commedant, nondixisset Commedite. Hac ratione Grammatica unâ cum suo Prisciano laicos, non una tantum, sed duabus partibus Sacramenti priuabit homines quâm sacrilegus, si Gelasio Papæ credimus. Miles ergo est laicorum conditio, si Grammatico credimus, q; nullo iure, neq; sub una neq; sub ultraq; fracie, eis debeatur Sacramentum coenæ, sed q; eius nam partem Sacramenti communicant sacrificio. Hoc summi beneficij loco ducant, cum iure eis nihil prorsus debeat.

Reliquas rationes silentio prætero, indignasque

quas post tot confutationes respondeatur. Vnum
plausibile adferunt, sed quod ex diametro cum mā
dato Christi pugnat. Corpus Christi non esse sine
sanguine, Ecclesiam igitur sub una specie nō defraude-
dari aut priuari sanguine Christi. Ad hoc respon-
demus, Christum non prēcepisse sanguinem suum
edere, sed bibere, bibere, inquam, Grāmatice, non
edere. Quominus autem te per Sophistam de-
ceptum aut circumuētum conqueraris, (uideo em̄
te in præceptionibus dialecticis malè exercitatum)
placeat in gratiam tuam utrumq; uerbum iuxta for-
mulam ex Donato tuo petitam coniugare. Ambo
sunt tertiae declinationis, & coniugantur sicut lego.
Imperatiuo modo tempore præsenti, ad secundam
& tertiam personam, bibe bibat, & pluraliter, biba-
mus, bibite, bibant. Sic & edo. Imperatiuo modo
tempore presenti, ad secundam & tertiam personā,
ede, edat, & pluraliter, edamus, edite, edant. Vides
Grammatice, esse duo uerba, quorum alterum re-
fertur ad corpus Christi, alterum ad eius sanguinē.
Sicut enim corpus Christi nō bibitur, ita sanguis
eius nō editur. Aliunde ergo petas necesse est, qđ
ex Donato, si probare uelis, edere tantundem esse
quod bibere. Fortasse hic Aesopi fabule tibi succur-
rere possent. Cūm enim in Aesopo hircus fœtidus
significet idem quod Episcopus uel sacrificulus, for-
tasle ibidem quoq; edere, idem est quod bibere.

Sed quid tecum conferimus, tanque cum homini
sobrio, cum ebrius & furiosus Christo Iesu salua-
tri & primitiæ Ecclesiæ non parcas, dum scribis
ete facere Ecclesiam sponsam Christi, quod com-
mata consuetudine illa multis modis incommodi-
pro ratione temporum consuetudine commodi-
re, Sacramentum hoc filijs suis sub specie panis ta-
cum ministrat &c.

Quid uobis uidetur de nostro Grammatico, qui
institutionem & mandatum Christi appellat con-
suetudinem multis modis incommodam, & Chri-
sto prudentiores fuisse homines, qui hanc eius or-
dinationem commodiore commutârunt. Sed ho-
eo minus ei uitio uerti debet, quod erroris & blas-
phemiae socium habeat Bartholomeum Latomum
qui contra Epistolam Buceri de dimidiatione Sa-
cramenti Eucharistiae sic scribere ausus est: Cui
rudis adhuc prima Ecclesia esset, ritum à Christo
acceptum religiolè tenuit, donec docta à Patribus
intellexit, utramque speciem cōuenire sacerdotibus
laicos solo pane contentos esse posse. Quis se si
continere potest, quin enormem hanc blasphemiam
detestetur? Alter profelsione Grammaticus, Chri-
sti institutionem dicit incommodam. Alter profe-
sione Iureconsultus, Ecclesiam, quæ ritu à Christo
accepit rudem appellat, quasi Christus ebrius
ipse ac rudis incommoda ignorauerit, quæ super
stitiolum

stitionis hoc genus hominum cauere uoluit.

Sed hoc loco mihi pariter duo genera hominum compellanda erunt, Iurisconsulti uidelicet & Ludi literariorum moderatores, ut cum utroque horum agant, nec cum ordinis sui ignominia pergent tam infelicitates sacras tractare. Non enim ignorant Iureconsulti, quām apud omnes uetus dictum obtinuerit, Iureconsultos plerunque esse male Christianos, quod ego quidem nunquam affirmauero. fortasse unius uel alterius iniqūitas, quae legis sententiam peruertit, ut quæstū faceret, huic dicto occasionem dedit, quod in uniuersum ordinem nullo modo torqueri debet. Quoniam uero ad hanc uulgi opinionem, huius Iureconsulti accedit impietas, quām parum hec ad ordinis commendationem faciant, ipsi facile pro sua prudentia iudicare possunt. Et quæ est nosorum Iureconsultorum pietas, opinor non repertum quenquam, qui hanc uocem probaturus sit, quæ nobis Christum cum Apostolis, & primitua Ecclesia tanque rudes & imperitos proponat, qui nescierint, quomodo sine periculo laicis communio corporis & sanguinis Christi exhibenda sit, donec à sanctis Patribus melius edocti, & ruditatem suam agnoscant, & sanctorum Patrum (si tamen unque in ea sententia fuerunt, quorum autoritate illi abutuntur) decreta, ipsius Christi instituto preferunt.

Quapropter si totius ordinis honori consultum

uoluerint, operam dabunt, quod in ipsis est, ut h
sele intra fines uocationis suæ contineat, in qua i
lius honori nihil detrahimus, ubi, quæ est homini
eruditio pariter & prudentia, cum laude & appre
bitione disceptationes forense, quæ legibus di
muntur, definire potest, cui dum satisfacere studi
bit secundum præscriptum legum, pietas eius quo
que probata erit Deo, sine hoc, quem frustra fulci
pit ad defendendos pontificios errores, labore, m
dò in uocationē nominis Dei, cū assidua legis ei
meditatione adiungat, & ad iusticiæ regulam o
niā expeditat, quę meditatione uerbi Dei in iudic
iūtiatur.

Similiter & Ludiliterarij magistri qui pueritiae
& pietatis doctrina & bonis literis imbuunt, faci
intelligere possunt, quam de honestauerit sanctissi
mum ipsorum ordinem hic Grammaticus. Miru
enim si illi non succenseant, siquidem antea satis
seri, qui dum herculeos superarunt labores, in no
tias molestias per hunc Grammaticum coniuncti
tur, propter quem imperiti etiam uniuerso ordine
detrahere non uerentur. Haud dubie igitur cur
bunt, ut in posterum, ab hoc scriptioris generis
temperet, quo uident sele in hoc discrimine addi
ctos. Quod si nominis celebritati studeat, & intro
Grammaticos eminere ambiat, autores & hortato
res illi erunt, ut in fabulas Aesopi, uel Ouidij Met
morphologo

morphoses commentetur, ut commentaria Grāma
tici cōmentis fabularum respondeant, ubi error ni-
hil habet periculi, quin eo plus suavitatis lectori
exhibeat, quō plus à uero aberratū fuerit. Horum
monitis nīsi obtemperet Gramaticus Embricensis,
iam iam decreta sunt quorundam piorum & erudi-
torum pedagogorū iudicia, ut catalogo ipsorum ex-
cludatur, & inter calefactores rejiciat. Sed hos suo
Iudici cōmitamus, qui declarabit suo tempore ad-
uersus ueritatis corruptores, & institutionis suæ
peruersores, quām non rudis fuerit Ecclesia, quæ
Christi sanctissimo mandato obtemperauerit.

Locus quem ex Luca 24. adfert, ut aliquid pon-
deris habeat, ad probādam unam partē Sacramen-
ti, prius probet necesse est, ubiqꝫ Christū corpus &
sanguinem suum distribuisse, si formula consecrati-
onis est apertissima, accipere panem, benedicere,
frangere & porrigere alijs. Sic nobis & pisces duos
consecrabit Grāmaticus, siue in corpus siue in san-
guinē Christi. Ioan. 6. Sed scio, ne sui quidem unqꝫ
admittent hanc eius de cōsecratione rationem, qui
magia excæcati hæc quinqꝫ uerba canonis pro sub-
stantialibus cōsecrationis sue habent. HOC est em̄
Corpus meus. hæc si sacrificulus omittat, nullo mo-
do consecrare dicitur. Cūm ergo in dicto loco hæc
uerba non cōmemorentur, quæ potuit secundū sa-
crificulorū uestrorū sentētiam cōsecratio facta esse?

Hunc locū quia uidet aliter etiam à suis interpretatum, hac ratione eludit: Quod si qui fortè, inquit, etiam ex receptis doctoribus ecclesiæ hæc non ratiacutè perspexerint, ideoq; locum illum apud L. aliter sunt interpretati (necq; enim omnium oculorum omnia uidet, præsertim in mysterio scripturarum illorum tantorum virorum intellectus uerus & interpretatio uera? Quin etiam sapientia sit, ut tinus a quis egregius doctor unum eundemq; scriptum locum aliás aliter interpretetur: cum nemo nos sit, cui non soleat accidere, ut rem aliquam nunc scurius uideat, immo ne uideat quidem, nunc autem perspiciat clarius. Operæ premium est hæc uerbi Grammatici obseruare ad diluenda ea, quæ ex P. trum sententijs male intellectis contra ueritatem profert testimonia. Quibus etiam haud obscurebat, qualis sit lux quam lucernæ suprà præferetur, quæ si in omnibus nobis sequenda esset, sepenus tro ambularemus in tenebris.

Sed qua impudentia asserere audet, propagatores utriuscq; partis Sacramenti uicinos esse Nelli errori. Cum enim figmentum de transubstantiatione symbolorū refutemus, quod cōstet Christus non frustulatum manducari, nec guttatum eius sanguinem bibi, quæ sunt cœleste pabulum ac refectio ad conseruandam eternam uitam, quæ in nobis per fidem

fidē inchoata est, præter extremam malitiam hois
hoc loco non possum in eo accusare quicquam.

Inconsideratè, temerè ac scurriliter dicta, nemo sa-
nus probauerit, quæ si regerere uellemus, loco uni-
us nobis suppeditarent mille uestrorum sacrificulo-
rum de suo recens fabricato Deo iocularia dicta,
quorum catalogum audio nuper per quendam de
sacrificio quodam celebri congestū.

Sed quèd subiungit, Nos doctrina de cōmuni-
one sub utracq; specie subtrahere Ecclesiæ totum Sa-
cramentum, & loco eius apponere nostrum idolū,
qualis sit collectio uideamus. Quia, inquit, Euchari-
stia non possit à quo quis homine confici, & non nisi
per sacrificium. Lutherus sustulit sacrificium, Ergo
& Sacramentum. Vnde etiam canone non utuntur.
Ex his infert: Ergo quod ipsi porrigit, nihil minus
est, quam Eucharistia, nihil minus quam corpus &
sanguis Domini.

Bonus noster Grāmaticus, ignotū per eque igno-
tū, & falsum per eque falsum pbat: Non nisi unctos
& rasos sacrificulos siue sacrificare siue sacramenta
administrare posse, primitiæ ac puriori Ecclesiæ
prorsus ignotum fuit. Non nisi per sacrificiū confi-
ci Sacramentū corporis & sanguinis Christi, Gram-
matici est commentum. Scholasticos Sophistas, si
aduersus nos produxerit, sciat nobis cum illis bel-
lum esse. Ex sanctis Patribus non nisi male detorta

& depravata potest depromere testimonia , sicut
liâs copiosè demonstratum est.

Vana igitur est hominis collectio , siquidē Chi-
stus , de corpore & sanguine suo loquens , non fac-
ficium , sed Sacramentum instituit , ad distributionem
corporis & sanguinis sui , in cibum & potum , nulli
modo uero ad oblationem , quam mysterij ignora-
tia peperit .

Quibus de causis Canonem Missæ abiecerit L-
therus , tibi non ignotum esse existimo , quem in di-
ctus quidam asinus ex omnibus precationibus co-
pilauit , quas primitua Ecclesia usurpauit , in obla-
tione suorum munerum , quæ ad mensam Domini
afferebant , anferes , caseos &c. eaçq; precibus la-
etificabant & Deo cōmendabant . Has preces inde
dictus Icholaisticus , siue scholaris , aut rerum ignora-
tia , aut malitia ad corpus & sanguinem , non min-
impièçq; ineptè transtulit . Vnde factum est , q; C
non , sicut nunc usurpatur à sacrificulis , referunt
horrendis erroribus & blasphemijis , quas Gram-
maticus si liber ex Lutheri libello petere potest , quæ
abroganda Missa priuata & Canone Missæ scripsit .

Quod ad consecrationem ipsam attinet , scias
eo Canonis Lutherum nihil subiecisse nothi ,
uerborum Christi lingua populo non ignota re-
tationem retinuisse , qua nequaçq; uestrorum sacra-
colorū magiam confirmare uoluit , sed hac ratione

iuxta Saluatoris institutionem & mandatum popu-
lum cōmonefacere, à Christo institutū, quod iam
sunt celebraturi & accepturi singuli, & hac ipsa uer-
borū Christi recitatione panem & uinū consecrare,
hoc est, in eum usum transferre, nō ut ipsorum sub-
stantia & natura mutetur, quæ & sunt & manent pa-
nis & uinum, sed ut seruant dispensationi ueri cor-
poris & ueri sanguinis Christi, quæ Christus ex u-
tero D. uirginis Mariæ assumpsit, & alimentum ui-
te æterne sunt fidelibus.

Hæc ad refutationem huius calumnię sufficient. Nam error, quo ait, nos Ecclesiæ non posse corpus
& sanguinem Christi dispensare, quia non sumus
secundū ipsius opinionem qualificati, talis est, quæ
nullus Papistarum defendat, si modò Patrum sen-
tentię accedat, qui contra Cypriani opinionem pu-
gnarunt. Si institutioni Christi satisfiat, etiam ab he-
reticis Sacra menta administrari, quæ non sunt hæ-
reticorum, sed Ecclesiæ. Prius igitur hoc suis persua-
deat, quām in nobis reprehendat. Quod si dicat se
hereticorum numero nos habere, id ei per nos lice-
re dicimus eo sensu, quo etiam iuxta ipsorum opi-
nionem catholici esse nolumus.

Mitior fortasse fuisset Alexander Episcopus, de
quo Rufinus libro 10. ecclesiasticæ historiæ ca-
pite decimoquarto scribit, cùm apud Alexandriam
Petri martyris diem Alexander Episcopus agebat,

post Expleta solennia cōuenturos ad conuiuinū suum clericos expectaret in loco mari uicino, uide eminus puerorum supra oram maris ludum, imitium (ut fieri solet) Episcopum, atq; ea, quæ in Ecclesijs gerimus est. Sed cum intentius diutinè priros inspectaret, uidet ab his geri quædam secretra & mystica. Perturbatus illico, uocari ad se clericu iubet, atq; eis, quid eminus ipse uiderit, ostendit. Tum abire eos & cōprehensos ad se perducere oves pueros imperat: cumq; adessent, quis eis ludus, & quid egissent, uel quomodo, percontatur. Illi, ut talis habet ætas, pauidi, negare primò, deinde rem gestam per ordinem pandunt, baptisato se quosdam cathecumenos confitentur per Athan sium, qui ludi illius puerilis Episcopus fuerat simulatus. Tum ille diligenter inquirens ab ihs qui baptizati dicebātur, quid interrogati fuerint, quid responderint, simul & ab eo, qui interrogauerat, ibi uidet secundum religionis nostræ ritum constare, collocutus cum concilio clericorum locuisse traditur illis, quibus integris interrogationibus ac responsionibus aqua infusa fuerat, iterari baptismum non debere. Hactenus Rufinus.

Hoc concilium si satisfacit Grammatico, ipse uiderit. sed quæ est hominis sapientia, ne quid similitudinam amplius, cauere potuisset decreto, ne lingua populari post hac baptizetur catechumeni, sed uulnus ignorat.

gnota, quam pueri aut laici imitari non possent,
sicut passim fit in Papatu. Verum Apostolus tale
institutum insanum esse dicit, quod cum ingenio
Grāmatici, ut qui mente captus est, probè cōuenit.

Merum conuicium est, quod scribit, per hanc do-
ctrinam ita dissidijs, perfidia, proditionibus, & su-
nestissimis bellis impleta & perturbata omnia. Do-
ctrinam Prophetarum, Christi, & Apostolorum si-
milia consecuta sunt mala, quorum causam in ipso/
rum doctrinam, & non potius hominum malitiam
transferre, qui ei non obtemperant, extrema impi-
etas est.

Diabolus qui cum Lutherò de canonis Missæ
erroribus disputabat, ingressus est in cor huius grā-
matici, sine quo suggestente tantas blasphemias euo-
mere non potuisset.

Articulum iustificationis ex tenebris sophisticis
restitutum, ita implicat Grammaticus, ut quid di-
cat, prorsus non intelligat. Nos credimus & con-
fitemur, hoiem corā Deo iustificari, id est, Deo gra-
tum & acceptum fieri, & consequi remissionem pec-
catorum per solam fidem, propter meritum obedi-
entiaē Christi, & non propter opera, quæ homo pre-
stare potest.

Huic contradicit Grammaticus, deprauans scri-
pturæ dicta, quæ breuiter restituemus.

Quod Christus Matthei 7. damnat eos, qui ha-

bent fidē miraculorū, nostrę sententię nihil profit
adimit. Alia ēm̄ est fides miraculorę, alia iustificatiō

Locus ex Canonica Ioannis, Qui facit iusticium
iustus est, fallacia in scholis nota, uidelicet, à no
causa ut causa, per Grammaticum est depravatus

Non enim ideo iustum esse dicit Ioannes, quod
iustitiam faciat, sed ideo iustitiam facit, quia iustus
est, siquidem opera ex iustitia promanant, sicut p
Iosophi de politica iustitia tradiderunt, iusticie op
ra, siue iusta opera ex habitu iustitiae promanant.
Sic & coram Deo, ut iustum sit, quod agimus, si
est, Deo gratum & acceptum, necesse est homine
prius esse iustum, uidelicet propter meritum Ch
risti. Palpabilis igitur est hoc loco Grammatici sop
stica, quam fortasse non intelligit.

Ex D. Pauli loco 1. Cor. 13. Si omnem fidem ha
ero &c. penitus nihil aliud probare poterit, si ru
patur, quām quod Paulus propositum habet, uide
licet, frustra de fide gloriari hominem, qui chari
te destituatur. Sed quis hoc negat? fidem non posse
esse sine operibus, imò ut D. Iacobus inquit, mi
tuam dicimus, Siquidem spiritus sancti donum
est, quam non solum operatur, sed cum charita
ita copulat, ut ab inuicem diuellī nequeant. Se
propter hanc coniunctionem charitatis cum fide
ipso

ipsum charitatem seu opera charitatis in numerum
causarum redigere, quod propter illam homo coram
Deo iustificetur, hoc demum a mente & sensu Apostoli
alienissimum, qui passim docet, non nisi in so-
lo merito Christi confidere. Absit a me, inquit ad
Galatas, gloriari, nisi in cruce Domini nostri Iesu
Christi. Phil. 3. Existimo omnia detrimenta esse,
propter eminentem cognitionem Iesu Christi Do-
mini mei, propter quem omnia detrimentum feci,
& arbitror ut stercora, ut Christum lucrifaciam, ut
& inueniar IN ILLO, non habens meam iustici-
am, quae ex lege est, sed illam, quae est ex fide Christi
&c. Et Ioannes: Sanguis Iesu Christi filii eius,
emundat nos ab omni peccato. Et iterum: Factus
propiciatio pro peccatis nostris, non tantum no-
stris, sed pro peccatis totius mundi. Et Baptista:
Ecce agnus Dei, qui tollit peccata mundi.

Quod autem superbè interrogat: Nullæ ne aliæ
sunt causæ efficientes (ut more dialectico loquar)
ad hoc necessariæ, ut efficiamur iusti propter so-
lam fidem? Suis uerbis docet sese adhuc ignora-
re, quo causarum nomine fides in iustificatione ho-
minis ponatur.

Nos in gratiam simplicium causas iustificatio-
nis explicabimus breuiter, ut ruditas Grammati-
ci conspici queat.

Non enim una causa iusticia nostra coram Deo definitur, sed concurrunt multæ tanquam essentiæ in serie connexæ.

Efficiens est Deus ipse, Rom. 8. Deus est qui iustificat. Iere. 23. & 33. & nomen eius quo uocabitur eum Deus iusticia nostra.

Instrumentalis est, ipsa Christi obedientia, Rom. 5. Sicut per inobedientiam unius hominis peccatores constituti sunt multi, ita & per unius obedientiam iusti constituentur multi. Item iustificati sanguine eius salui erimus ab ira per ipsum. Materialis causa respectu Dei extra nos, est ipsius Christi humanitas. Nam obedientia Christi cuius meritum nobis in remissionem peccatorum applicatur, facta est Christi humanitate. Sed respectu nostri, nos ipsi sumus materia circa quam Deus in Christo seu propter Christum per fidem iustificans occupatus sumus.

Instrumentalis causæ respectu Dei sunt multæ quibus meritum Christi applicatur, uidelicet, predicatione uerbi Dei, & sacramentorum administracione, in quibus Christus nobis offertur & donatur cum omnibus beneficijs.

Formalis, quæ in nobis est, dicitur fides, quæ solum notitia est historiæ, sed firmus assensus prehendens instrumento uerbi & sacramentorum Christum ipsum, cuius obedientiæ meritum nobis ad iusticiam imputatur coram Deo. Hanc causam proprie-

propterea formalem appellamus, quod obedientię
Christi meritum nihil prodit nobis, nisi per fidem
applicetur. Qui uero non crediderit, condemnabi-
tur. Et iterum: Ei autem qui non operatur, credit
autem in eum, qui iustificat impium, huic fides sua
imputatur ad iusticiam. Credidit Abraham Deo
& imputatum est illi ad iusticiam.

Cum ergo (ut secundum dialecticos loquamus)
fides esse rei, hoc est, tum iusti simus, quando
credimus, hoc causarum nomine mihi uidetur ue-
nire commodissime. Etsi nolim cum quoquam litigare,
qui hisce limitibus iusticia hominis definiat,
qua coram Deo ualeat, uidelicet fide in Christum,
sive Christi per fidem, penes lectorem sit, uel fidē,
uel obedientiam Christi ratione formalis causae ex-
primere.

Finales causae sunt multae, præcipua autem con-
scientię tranquillitas, qua homo certus est, se Deo
gratum & acceptum esse propter mediatorem, ha-
bere remissionem omnium peccatorum, & heredē
esse æternę uitę & omnium cœlestiū bonorum.

Hanc causarum rationem dum ignorat Gramma-
ticus, ita seipsum & alios inuoluit, ut se non explicā-
re queat. Ex hac intelligi potest, quo sensu accipien-
dum sit, cum dicitur: Sola fide iustificari hominem.
Nec ceteras excludi causas, suo ordine & loco posī-
tas & enumeratas.

Duplex igitur error ex causis demonstrari potest. Prior, quando homines docentur, quod suis operibus possint expiare aliquam partem peccatorum hoc debetur soli obedientie Christi, nisi dicas Christum dimidiatum redemptorem & expiatorem peccati, adeoque ut Paulus uocat, peccati ministrum. Posterior: Cum clarissimis scripturae testimonij consciuntur, fateri cogantur Papistae hunc suum priori errorem de merito bonorum operum, alium adduerunt, ad tegendam & palliandam suam impietatem. Bonis operibus nobis etiam applicari, & hisce apprehendi obedientie Christi meritum. Contra docet Paulus: Arbitramur hominem iustificari per fidem, absque operibus legis. Fides enim unica maneat, qua meritum Christi apprehendimus, quod est summa & absoluta perfectio, quam per suam obedientiam acquisiuit, quae rigorem diuinij iudicij ferre potest.

Quod addit, Deum quidem requirere fidem, his, quos iustificat, sed non hanc solum, sed praeterea spem & charitatem, opera charitatis, poenitentiam & Sacramentorum usum, manifesta est calumnia, qua nos iniuste grauat, sicut ex his, quae iam disimus, luce meridiana clarius apparet, quo sensu fidei iustificationem tribuamus. Non ut ab his separamus causis, quibus necessario iuncta est, neque a effectibus, qui eam sequuntur, sed ut errorem monstrum.

monstremus & confutemus Papistarum, qui hacte
nus plebem seduxerunt falsa doctrina, hominem
posse pro peccatis suis quoque operibus satisfacere,
qui merito & gloriæ Christi detrahit.

Hinc patet, quo loco habendum sit impium &
blasphemum os, qui doctrinam de iustificatione
hominis per solam fidem propter obedientiā Chri-
sti, gratuita Dei misericordia factam, non ueretur
abominādum idolum appellare. Et iterum inquit:

Nota:

Quæ, malūm, Dementia est, putare Christum ita sa-
tisfecisse pro his peccatis, quæ ipsi patramus quo-
tidie, ut nulla preterea nobis pro his opus sit satisfa-
ctione? Siccine patimur nobis ab hoste nostro capi-
tali lupo excantari, nō solum iudiciū animi rectæque
rationis, uerum etiam sensus communis? Hacte,
nus Grammaticus.

Abominandam igitur idolatriam tradit Ioānes
Euangelista, qui docet Christum propiciacionem
esse factam pro totius mundi peccatis. Dementes
& insani sunt Prophete, Apostoli, adeoque Christus
ipse, à quibus hanc doctrinam accepimus, quos
tu traducis, ut qui sensum communem etiam ami-
serint. Hincene blasphemij vindictā & ultionem di-
uinam te effugere posse credis, si maximè hoīm ma-
nus euadas, & huius tuæ impietatis patronos & ad-
stipulatores inuenias? Noli errare, Deus non irri-
detur, qui haud dubiè horrēdum de te suppliciū su-
met homo sceleratissime.

De Ecclesia quomodo uisibilis sit & inuisibilis
quid attinet hic multa dicere, cum constet ea ratio
ne uisibilem dici qua cœtus cōspicitur, qui puru
Dei uerbum audit, & Sacramentis iuxta institutio
Christi utitur. Hunc cœtum solemus appellare E
clesiam, quem uidemus.

Quia uero plerūq; huic cœtui admixta est no
gna colluuiies hypocritarum, sicut parabola euang
lica de seminante docet, de quibus non nisi De
ipse semper pronunciare potest uerè, hominum
tem iudicia se penumero falluntur, rectè dicimus
ua membra Ecclesiæ Deo nota esse, cum de omni
bus Ecclesia non nisi secundum charitatem prono
ciet. Deus autem nouit, qui sīnt sui.

Sed quod hic Grammaticus nobis mitratos
scopos & monachos atq; prelatos pro uiuis semper
membris Ecclesiæ propinat, hoc prius probauer
necesse est, quam credamus, quorum errores & id
latriam demonstrare possumus.

Nec enim peda pastoralia, mitre episcoporum
concordia & consensus in quamlibet opinionem
quam nomine fidei nobis obtrudit Grammaticus
sicut nec detritum pallium aut sordidus uestimentum
Ecclesiam constituunt, sed sincera doctrina diuin
tus tradita, & uerus usus Sacramentorum, sunt
ra signa Ecclesiæ existentis in ijs partibus, ubi he
conspiciuntur.

De Conciliorum autoritate ualde dolet homini,
quod Brentius in suis Prolegomenis pro huius
Grammatici palato non scriplerit, eaq; pulchrè sibi
conuellere uidetur, cùm magis sit mutus quām pi-
scis ad precipua eius argumenta. Nam quod assert
ex suo Roffense, de causis cur interdum Concilia er-
rauerint, uanum est. Nempe, q; non fuerint illa iu-
stè legitimeq; conuocata & habita Concilia. Et quæ
sua opinione sit iusta Conciliij ratio, cuius autorita-
ti nemo contradicere audeat, ostendit, uidelicet, qđ
à summo Pontifice ita conuocatum fuerit, ut nemo
illorum de industria sit præteritus, quorum officiū
est Concilijs interesse, & in quo per caritatem una-
nimis consensu inter summum Pontificem & con-
uocatos Patres conuenerit. Hæ rationes si ualent,
quomodo suo constabit autoritas Concilio Nice-
no, non per Romanum Pontificem, sed Constanti-
num conuocato?

Nullo autem modo Concilijs sua derogatur au-
toritas, quando eis non maior tribuitur, quām Scri-
ptura permitit, Scripturę scilicet subiecta esse oīm
hominum decreta, nec quicquam statuendum, cu-
ius non possit ex Scriptura euidentis ratio reddi. Ma-
iorem sibi autoritatem S. Patres prius non uendicā-
runt, quām tyrannidem in Ecclesia affectauit cum
suis conciliabulis Romanus Pontifex.

Perspicuè ergo docemus, nec unius nec pluriū,

ut cunctis conuocatorum, autoritatem tantam esse
ut quicquam statuere posse credamus, quod ex le-
ptura sacra demonstrari non queat. Plura si exigatur
Grammaticus, Antichristi sedem uidetur stabilis
cuius regula est: Se non teneri cum senatu suo cu-
quam mortalium factorum & decretorum suorum
rationem reddere. Sin uero scripturæ sacræ con-
tancea decernantur, non propter Concilia, sed ue-
bum Domini, fides habetur ipsorum sententia
quæ ipsorum uotis præsidet, atque ita nullum nos
cum illo certamen est.

Nullum autem finem fore controversiarum
cuilibet liberum sit de Conciliorum decretis iudicare,
nimis fruolum est. Vt cunctis enim uariantibus
tentiae uulgus de Conciliorum p̄ijs decretis, con-
bit tñ sibi ueritas, & cauillationes improborū fa-
uincet. Quod si durauerint cōtrouersiae, nihil no-
est & inauditi in Ecclesia. Prophetarum enim &
postolorum cum summis sacerdotibus controve-
nies cum diu durassent, Domini iudicium direxer-
quod etiam uobis expectandum, & nos parati
mus sustinere, siquidē nullis æquis ratiōbus uel
ad reddendā rationē suae doctrine adduci posse.

De imaginibus, dum horribilem idolatriā, q
in omnibus partibus Christianismi exercetur, c
nuat, admodū argutē de earum usu sibi uidetur
Iosophari Grammaticus, dum ex sententia Gregorii
laii

aicorū libros esse, falso persuadere conatur. Necp
enim mutis statuis, & quæ non nisi ad idolatriam
prostāt, ministerium docendi commisit Dñs. Quę
si, ppter hunc usum retinendę essent, plus uestigio
rum diuinitatis in tota mundi machina & creaturis
cœlo subiectis conspicies, quæ de bonitate, sapien-
tia & potentia Dei nos cōmonefaciunt, quām stulte
illæ imagunculæ, quas Eſaias ridet & Psalmista.

Verum in Papatu necessarius fuit imaginū usus,
quæ rudiores docerent, cūm passim sacrificuli ni-
bil minus prestare possent, q̄ munus docendi subi-
re. Vnde factum est, ut loco concionis de passione
Dñi, & annunciatione mortis eius, sacrificuli tanq̄
mortuæ statuæ & imagines sese populo sisterent,
quæ certis quibusdam Iodicibus spectatoribus de-
captiuitate, cruce & morte Christi concionarentur.
O concionatores uerè Iodiceos, non Iodicibus, sed Lumpen
prediger.

fustibus ex Ecclesia pellendos. Num Iodices (sic uo-
co habitum missalem) uobis commendauit Dñs, ut
de morte filij uobis indoctis, & docere nesciētibus,
concionarentur populo?

Pudet huc adscribere ineptam explicationem
præcepti primi de imaginibus, ubi Deus simpli-
citer imagines prohibuit, quæ cultui diuino
seruirent, nihil obstante mandato de Cheru-
bim. Sic enim & quinti præcepti præuaricationem
iustificare possemus, cūm Deus Aegyptijs aurum

& argentum titulo mutui auferri preciperet, quo
furti rationem habebit, nisi peculiari mandato
niteretur, Eius tamen exemplo neminem defra-
dere licet.

Valde impudenter negat, quod in imaginibus
nemo spem salutis collocarit unquam. Nec
ut nihil dicamus de multiplici idolatria superbi
rum annorum ad imagines sanctorum, quae neg-
ti non potest, nuper nobis ex celebri schola quae
dam publicè asserere non ueritus est, pro pileo dicitur
ctorali impetrando. Verba eius hec sunt in Apo-
dice 3. Nec negamus sacrī imaginib⁹ è superbi
benignitate uirtutem p̄ijs adiutricem esse posse.
os aureum dicat: Ego ex cera fusilem picturam p-
tate plenam amauī. Vidi enim angelum in imagi-
barbarorum nubes propulsantem &c. Quid que-
so aliud docent tot peregrinationes ad peculia-
statuas, si nulla uirtus eis tribuitur? Desine igitur
tam crassam idolatriam uel excusare uel extenuare,
sed potius considera pietatem & zelū Ezechiæ, q-
serpentī æneo mandato diuino fabrefacto, non
percit. Iehu templū Baalim destruxit, & in latrū
conuertit. Ne quæso arbitreris tam stupidos fu-
Israelitas, quin cognouerint lapides, ligna & metu-
la esse, quæ prostabant idola, cū nihil minus hor-
ibilem idolatriam exerceret, qui nihil minus à Pro-
phetis audire sustinerent, adeo ut Prophetas tan-
gū

initiostos reprehensores occideret, sicut passim etiam
in Papatu factum est, & in hodiernum diem haec
cruelitas exerceatur.

Sed quoniam Grammaticus adorationem siue
invocationem sanctorum impudenter affirmat ab
ipsis Apostolis & primitiua Ecclesia acceptam, non
pigebit huc adscribere, quod Epiphanius contra
Collyridianos scripsit, unde manifestum fiet, quam
uana sit hominis persuasio: Reuera, inquit, sanctum
erat corpus Mariæ, non tamen Deus, Reuera uirgo
erat ipsa uirgo & honorata, sed non ad adorationem
nobis data, sed ipsa adorans eum, qui ex ipsa, carne
genitus est, De cœlis uero ex sinibus paternis access
fit. Et propterea Euangelium munit nos, dicens,
quod ipse Dominus dixerit: Quid mihi & tibi cu
ræ est mulier? nondum uenit hora mea. Quo non
putarent aliqui magis eximiam esse sanctam uirgi
nem, mulierem appellauit eam, uelut prophetans
quæ futura essent in terra, Sectarum & heresieon
gratia, ut ne aliqui nimium admirati sanctam, in
hanc heresim eiusq[ue] deliramenta delabantur. Est
enim ludibrium tota res & anicularum fabula, ut
ita dicam tota heres tractatio. Quæ uero scrip
tura hoc narrauit? Quis prophetarum precepit ho
minem adorari, Nedum mulierem? Eximium
equidem est uas, sed mulier, & nihil à natura immu
nata, uerum & intellectu & sensu in honore ho

norata, uelut corpora sanctorū, & si quid amplius ad glorificationem dixerim, &c. Sed neque Elias, inquit, adorandus est, etiam si in uiuis. Neque Ioannes adorandus, quanquam per preces suas proprias dormitionem suam admiranda effecerit, Imo potius ex Deo gratiam accepit. Sed neq; Thecla, neq; quisquā sanctus adorari. Non enim dominabitur nobis antiquus error, relinquamus uiuentem, & adoremus ea, quae ipso facta sunt. Coluerunt enim & adorauerunt creaturam, præter cretorem, & stulti facti. Si enim Angelos adorari non uult, quanto magis eam, quæ genita est ab Anna, quæ ex Iacob donata est Annæ, quæ per preces & omnem diligentiam, secundum promissionem patri ac patri data est, Non tamen aliter genita est, præ hominum naturam, Sed sicut omnes ex semine viri, & utero mulieris.

Et paulò post: Vnde igitur rursus nobis cunctus, & in orbem se gyrans draco? Vnde nouantur obliqua illa consilia: Sit in honore Mariae. Pater & filius & Spiritus sanctus adorari. Mariam nemo adoret, Non dico mulierem, nec virum. Deo debetur hoc mysterium: Ne Angeli capiunt talem glorificationem. Detur quæ male scripta sunt in corde deceptorum. Tollit

IN PROLEGOM. IOAN. BRENT.

139

TOLLATVR EX OCVLIS CVPL
DITAS LIGNI. CONVERTA-
tur rursus figmentum ad Dominum. Reuereatur
Eua cum Adam, ut Deum colat solum, ne du-
catur serpentis uoce, sed permaneat in Dei pre-
cepto: Ne comedas de ligno. Et erat lignum
non error, Sed per ipsum lignum facta est in-
obedientia Erroris. NE Comedat quis de er-
rore, qui est propter sanctam Mariam. Nam
etsi pulchrum est lignum, Sed tamen non ad ci-
bum. Et si pulcherrima est Maria sancta & hono-
rata, at non ad adorationem.

Idem contra Antidicomarianitas. Impletur n:
& in his hoc: Deficient quidam à sana doctrina,
attendentes fabulis & doctrinis dæmoniorum.
Erunt enim, inquit, mortuis cultum diuinū præ-
stantes, quemadmodum etiam in Israel colue-
runt.

Hactenus Epiphanius. Et hæc quidem sunt
Elogia, quibus inuocationem sanctorum uel ui-
uentium, uel mortuorum, ut ipse distinguit, uel
Angelorum ornat. Appellat enim mulierum in
saniam. Et qui hæc doceant, nihil esse præter
mulieres. Diabolicum conatum, hæresin, & deli-
ramenta, ludibrium & anicularum fabulam, An-
tiquum errorem, stultitiam, draconis obliquum
consilium, errorem, doctrinam dæmoniorum.

Hæc enim Epiphanius sunt, non mea uerba Grammatice, ne quid erres. Quod si eludere conetur uulgata Sophistarum distinctione Latrig & dulic quam uanum sit effugium, uerba Christi docent. Oùδέναδεθεῶδεπολυτέληνόςμαρτυρωνεῖ. Si igitur Christi credimus, tam Deo quam hominibus tribuit doulia. Siue igitur ad duliam siue Guliam & per guliam confugias (uideris enim mihi magna Gulii) Idolatriam non exercebis, quæ in invocatione sanctorum exercetur. Eas nunc Grammatice, & sanctorum invocationem tanquam Apostolicam obtrudas Ecclesiæ amplius.

Multorum annorum consuetudinem ne proferas. Audis enim ex Epiphanio, quod sit antiquus error. Et quam inualida consuetudinis ratio, cum ueritate propheticæ & Apostolicæ doctrina pugnet, Basilius docet ad Eustathium. οὐ τοις δίκαιοις ἔναι τὰ τῷ πονηρῷ σταύρῳ συνιθέσαι, νόμου τοις τῷ δρόσοις τοις δικαιούσι τῷ χριστῷ εἰς τὸ οὐρανόν προσέρχεσθαι συνήστατε, ἐφειδοῦντες τὸν τάντον απολεθερώνειν τοις. Οὐν οὐν τοις θεοῖς τοις λόγοις, ἐπιτούτοις μὲν τοις τοις θεοῖς λόγοις, ἐπιτούτοις μὲν τοις τοις θεοῖς λόγοις.

Et Gratianus Dist. 8. cap. Mala : Mala autem consuetudo non minus quam perniciosa corrumpit uitanda est: quæ nisi citius radicitus euellatur in priuilegiorum ius ab impijs assumitur, & in-

piunt præuaricationes, & uariæ præsumptiones
celerrimè non compressæ, pro legibus uenerari.
Et Augustinus: Veritate manifestata, cedat consue-
tudo ueritati. Item: Nemo consuetudinē rationi
& ueritati preponat, quia consuetudinem ratio &
ueritas semper excludit. Et Gregorius: Si consue-
tuodinem opponas, aduertendum est, quod Domi-
nus dicit: Ego sum, uia, ueritas & uita, Non dixit,
ego sum consuetudo, sed ueritas. Et certe ut bea-
ti Cypriani utamur sententia: Quælibet consue-
tudo, quantumuis uulgata, ueritati omnino est
postponenda, & usus qui ueritati est contrarius,
est abolendus. Et Cyprianus, Si solus Christus
audiendus est, Non debemus attendere, quid ali-
quis ante nos faciendum putauerit, Sed quid pri-
us, qui ante omnes est Christus, prior fecerit.
Neque enim hominis consuetudinem sequi opor-
tet, sed Dei ueritatem. Cum per Esaiam loquatur
Deus, & dicat: Sine causa colunt me, mandata &
doctrinas hominum docentes.

Hæc si tibi non satisfaciunt Grammatice, sine
fructu etiam plura afferemus testimonia. In fine
libelli deplorat statum Ecclesiæ nostri temporis,
& quidem iure, nisi protus cæcus esse uelit, cum
hæc omnia, quibus enormiter peccatur ex Ec-
clesia essent tollenda, quid sit? Ex iuuentute, in-
quit, qui sunt omnium ignauissimi & sceleratissi-

mi, ut à præceptoribus suis neq; scientia, tne
virtute, ad ullum honestum uitæ genus forma
possint, his extreum refugium est Sacerdotium
aut Monasterium. Hactenus ille. His postea con
mittitur iudicium de controuersijs. Ex horum i
dicio pendeat Magistratus, in quorum senten
as inquirere, est ipsi Deo resistere.

Si serio Principes sui officij commonefacit,
iniurius est in nostros, qui curant maximè de
nis conferri beneficia Ecclesiastica. Non ut in P
patu fieri consuevit: Si bene legat, bene expon
bene canat, hoc est, boet, dignum beneficio E
cclesiastico iudicarunt Asinum. Etsi nostras infir
tates non celamus, tamē ecclesijs non præficiunt
quantum humana diligentia, studio & industria
fieri potest, nisi qui docere possunt, & honeste
dignè Euangelio ambulant. Si securus fiat, non rati
ab officio suspendūtur, sed pro meritis etiam se
rissima poena in eos animaduertitur. Sed tan
abest, ut apud uos idem fiat, ut uideātur Nefan
libidinibus præclara præmia posita.

Dum de scholarij defectibus conqueritur Gra
maticus, suis loquatur. Nam beneficio Dei, in
partibus, scholæ nostræ benè constitutæ sunt,
hæc tempora ferunt, quam laudem nunq; noll
eripere possunt. Id quod successus declarat, du
subinde ex scholis nostris prodeunt, qui operam
lui

suam, ad proferendos regni Christi terminos conse-
runt. Nos uicissim huic Grammatico suos beanos
cōmittimus, qui cum doctissimi euaserint, nihil di-
dicerunt amplius quā impium Caiaphē iudiciū ad-
uersus Christum iustificare. Quod si discipuli supe-
rauerunt Magistrum, quid quælo furoris & insa-
niæ nobis ab illis expectandū erit?

Sed uideamus libelli finē, quē disiunctiuā fecit ad
modū iocosa. Aut ego (inquit) omnino fallor, viri
ac fratres charissimi, aut hęc est rectissima, certissi-
ma, facilimacq; ratio recuperandi pacē. Hęc ille. In
disiunctiuā sufficit alteram esse ueram. Et q̄ falsa sit
prior pars, ex his que nūc dicta sunt cōstat, Toto sc̄i
licet coelo à uera uia aberrare hunc Grammaticū,
& falli & fallere, dū arbitratur hanc rectissimā uiā
recuperandi pacem Ecclesiæ, quam ipse prescripsit.
Nō ignoramus expeditā hanc Papistis uiā, ad tuen-
dum ocium suum, quod illi pacem Ecclesiæ appel-
lant, & multū dolore perturbatam quietem, qua in
Ecclesia pro libidine in clerum Domini sunt domi-
nati. Si tamē Tyrannis ipsorū, quam multis annis
exercuerunt in uera Christi membra, Dominium
est appellandum. Quis ignorat nobis benignum
fore Romanum Pontificē, si huius tam horrendi
Idoli pedes oscularemur? Quid non sperādū gratię
à Cardinalibus, si abiecta Euāgelij doctrina, ipso
rū nugas amplecteremur, & ipsorū maledictioni,
(absolutioni dicere uolui) supplices facti fuerimus?

Quapropter tibi consultissimum fuerit, ut te quod
primum in scholam recipias, & posthac nunquam
persuaderi patiaris, ut earum rerum uel explicatio-
nem uel compositionem suspicias, in quibus no-
solum ignorantia tua summa, sed horribilis bla-
phemia est demonstrata. Quin potius Homerum
Aesopij fabulas conferas, in quibus siquidem er-
um fuerit, minore tuo periculo & iuuentutis
commodo fiet. Quod nisi feceris, aliud de repre-
nunciare non possumus, quam quod in nos
Vlyssis socijs male detorques sigmentum. Res ip-
dæ illius Circes, hoc est, scorti babylonici. Est autem
mulier, quam Ioannes in Apocalypsi descripsi-
circundata purpura, & coccino, inaurata aureo
& lapide precioso & margaritis, habens poculum
aureum in manu sua, plenum abominatione &
munditia fornicationis eius. Et in fronte eius se-
ptum mysterium, Babylon magna mater fornicati-
onum & abominationum terræ, Et uidimuliene
Ebriana de sanguine sanctorum, & de sanguine
Martyrum.

Agnoscis inundum Romanæ curiæ? Agnolo-
luxum Cardinalium, quos nobis tanquam Se-
tum Ecclesiæ obtrudis? Agnoscis horribilem
abominandam idolatrian, libidines nefandas
quas impurissimum, hoc scortum multis annis
Ecclesiæ

Ecclesia Christi & in terris exercuitur. Agnoscis crucis
delitatem, cuius ipse fortasse non semel spectator fui-
sti. Haec in nos retoquere non potes scio, si ruparis.
Nam Meretricium hunc ornatum templis electum
esse, ipse deploras, dum nostri apud uos non nisi
Ecclesie spoliatores audiunt. Purpuram, coccinum
inaurata & gemmis contexta apud tuos requiras
necessere est, si hunc Apocalypseos locum intelligere
uelis. Nobis cum illis nihil est hac in parte commu-
ne, praeter tunicam lineam, qua nostras laceras ue-
stes tegimus.

Propter Idolatriam uos non accusauimus soli,
sed uerbo Domini iam pridem conuicti estis, ac ni-
si cæcitas mentis uestræ obstaret, obtemperaretis
utique, & agnito errore resipisceretis. Cruelitas in-
uestros apud nos exerceatur nulla, quos utcunq; in-
dignos, quo minus de nostrorum hominum be-
nignitate conquerantur, tanquam porcos sagina-
mus. Sunt enim inutilia terræ pondera, partim Mo-
nachii, partim Sacrificuli, qui in uerbo Domini la-
borare nequeunt, nati scilicet, & per laruatos Epi-
copos creati ad tria missa. Nisi ergo patiaris te auel-
li ab hoc prauo consortio, Gryllum refers ijsdem
virtutibus, quas falso nostris affingis. Quod si ex-
emplo illius responsare coneris, porci grunniatus
erit, indignus ad quem homo respondeat.

Ethæc quidem de egregio tuo de dissidijs com-

ponendis libro, in quo non pauca in scholam tuu
relegare uolui, ubi tibi magnum negotium est
fabulis, quibus usque adeo tuum ingenium est
suetum, ut contra uoluntatem, cōsuetudine scilicet
natura uicta, in sacris & diuinis scripturis non
fabulari uidearis. Hisce fabulis te denuo donamus
& in posterum ut desinas cum fabulis prodire
publicum rogamus, quibus nihil præter insanis
& furorem declaras, quo Domino permittens
dum ueritati reluctaris, per patrem mendacij cu
tuis adplausoribus agitaris. Si tamen in mundo
quisquam reperitur adeo malus & contumeliosus
in Deum, qui tuas blasphemias probare possit.

Nisi molestum esset pio lectori, ad Apologiam
tuam quoque breuiter responderem, et si quædam
occurrunt, quæ silentio prætereunda non fuerint.
Hæc minore tedium lector leget, cum ferè nihil aliud
sint quam breuis ἀναφελαίωσις eorum, quæ Gram
maticus in suo uano libello attigit.

Summa Apologiæ est, Lutherum iure ab ho
Grammatico damnatum hereticos & iudicatum ex
dere apud inferos. Quam temeritatem aliquis ex
micorum eius numero reprehendit. Nos mo
Dialecticorum in formam redigamus eius argu
menta. Sic enim tedium lectori leuabitur, & qua
tas Grammatici facilius deprehendetur. Sunt autem
hæc, quæ sequuntur eius Argumenta.

Primus

IN PROLEGOM. IOAN. BRENT.

147

Primum Argumentum.

Lutherum summus pontifex Leo x. damnauit
hæreos. Ergo hæreticus est & damnatus.

Responsio.

Mirum cuiquā uideri debet, reū negare crimina;
propter quæ in ius trahitur. Leonē x. ppter indul-
gentiarū mercatū reprehēdit Lutherus, quē ponti-
fex fulmine Anathematis conatus est repellere. An
tichristi respōsa nō sunt nobis, sicut huic Grāmati-
co, oracula diuina. Insulsus et ineptus grāmaticus
infelicitē in preceptionib. dialecticorū ac Rheto-
rū exercitatus ~~regivōμενον~~ assumit, qd probādū erat, et
de quo uno pricipuē litigatur, hoc sibi cōcessum ar-
bitratur.

II. Argumentum.

Concilium Tridentinū tauquā hæreticū damna-
uit Lutherum. Ergo Lutherus ardēt apud inferos.

Responsio.

Suprà docuimus testimonio legatorū Ro. Sedis,
Sodomitarū cōfessum suisse conciliabulū Tridenti-
num, quorū omniū impietatē cum Lutherus ipsis
inuitis in lucē produxerit, & scripturæ testimonij
perspicuis confutauerit, mirum ne bonis omnibus
uideri debet rectē monentē à mītratis & laruatis E-
piscopis Lutherū hæreos damnatū. Sed quid ego
hęc pluribus ago, cū suprà iudiciū Caiphę & Anne
iustificaueris aduersus Christum, qui Christū tan-
quam hæreticū & blasphemū cruci affixerūt. Si hic

tibi hæreticus est, ut authoritatem summi Pontificis asseras, quid Lutherò parceres Christi sanctissimo famulo?

III. Argumentum.

Tota Ecclesia damnauit Lutherum. Ergo Lutherus apud Inferos ardet.

Responsio.

Ad antecedens respondeo. Si per Ecclesiam intelligit Ecclesiam malignantium Pontificem Romanum antichristum, cum suis complicibus, liberamente fatemur Lutherum ab his tanquam suis & Dei hostibus damnatum, sicut Christus ab Ecclesia iudeorum, hoc est, Synagoga damnatus est, quae combat personis, quae in ordinaria successione erant quorum caput fuit, & nunc quoq; est tenebrarum princeps.

Si uero intelligat ueram Christi Ecclesiam spiritu sanctum in uniuerso orbe collectam in fiducia unitate, quae Euangeliō credit, & Euangeliō dignata ambulat, cuius membra passim dispersa sunt in Germania, Anglia, Gallia, Italia, Græcia &c. et in omnibus ferè partibus mundi, in quas sol iusticiæ dios repurgatæ doctrinæ emisit, falsissimum est quod Grammaticus scribit. Lutheri enim doctrinam amplectuntur, non tanquam hominis commentum, qualia sunt Pontificum Romanorum concilia ex scrinio pectoris prolatæ, sed tanquam ueritatis

bum Domini, illius ministerio, singulari clemensia & bonitate Dei in hac mundi senecta allatum.

Abeat ergo Grammaticus cum sua Ecclesia, cu
qua, eiusque iudicijs, sciat nobis nihil prorsus esse
commune.

III. Argumentum.

Qui pacem Ecclesiæ turbat, apud inferos ardet,
Lutherus pacem Ecclesiæ turbauit: Ergo Lutherus apud inferos ardet.

Responsio.

Ad maiorem respondeo. Pax, quæ in impietatem consensit, non est pax uera, sed quocum bellinocentior. huius turbatores uerè & rectè ignorantes dicuntur. Cum enim impijs non sit pax, impietate demonstrata, uera pax instaurari dicenda est, quod amatoribus impietatis est turbare pacem. Exempla fictæ illius pacis & Apostolorum & Prophetarum tempora suppeditant.

Prophetarum temporibus summus Sacerdos cum Leuitis & sacrificulis consentiebant in summâ Idolatriam, quæ authoritate regum & principum exercebatur. Hanc dum accusant Prophetæ, audiunt, turbatores pacis & tranquillitatis publicæ, & hoc nomine trucidantur, sicut uidere est apud Ieremiā, Esaiam & reliquos.

Similiter & Apostoli propter eandem causam, confictam à Iudæis partim trucidabantur, partim

in exilium ejiciebantur. Sed num tibi Grammaticus propter hanc causam heref eos damnadi uidetur? Cum illi a quibus talia patiebantur ueritatem non sustinentes Ecclesie uere titulum sibi uendicabant?

Idem prorsus de Luthero nostro dicamus, qui in gratiam tuorum Apostolorum nostrum dicimus. Conspirationem uestram turbauit, pacem Ecclesie non soluit: uinculum pacis demonstrauit, quod universi canes peius & angue oderunt. Nulla pax est vera & solida, nisi qua in ueram synceram doctrinam co-sentiant fideles. Quae dum corrupta est, sicut forma de omnibus partibus doctrinæ Papisticæ demonstratum est: falso de pace presumitur; ubi dum ratione respondet, etiam uocabulum prophanatur.

Sciat ergo Grammaticus, tam non fore ullam rem impietati Papisticæ, superstite doctrina Lutheri, quam nulla erat Iudeorum Synagoge, quando diu Apostoli Euangelium Christi profitebantur & docebant. Nulla enim est conuentio Christi cum Belial, aut communio Luci cum tenebris.

V. Argumentum.

Seditiosi in Republica non sunt tolerandi, multo minus in Ecclesia. Talis cum fuerit Lutherus, non solum ipse apud inferos ardet, sed & eius doctrina & una cum assertoribus eius eradicanda erit. Ecclesiæ suam pacem & tranquillitatem restituamus.

Respon-

Responsio.

Idem prorsus argumentū est, quod prius, plausibili saltē inducta forma. Exosa est merito seditio, in quam leges diuīng & humānę vindicāt. Seditionis autem tum cōuincēt Lutherū & eius doctrinæ ad hærētes, cum Iudæi eandem querelā apud Pontiū Pilatum, aduersus Christū productam demoni strauerint. Non difficile est crīmina aduersus inno centes confingere, sed eorū probatio nō caret summo periculo, si Moisi credimus, qui durissimè in falsos testes animaduertendum p̄ceperit.

VI. Argumentum.

Qui sunt extra Ecclesiā, nō saluantur. Lutherus fuit extra Ecclesiam. Ergo Lutherus est damnatus.

Responsio.

Ad maiorem respōdemus, ijs nullā sperandam salutē, qui sunt extra uerā Ecclesiā, quæ est Christi corpus, ut Paulus appellat cōplementū. Huius Ecclesiæ membrū fuit Lutherus. Nam propter hanc causam sese ab illa Ecclesia malignatiū separauit, q̄
ærtiū uen̄ esset Christo. Quapropter quod ab Eccle siæ dignitate & prærogatiua adfert argumentum, somniū est Grāmatici. Frustra enim adhuc somniū at Romanū Pontificē cum galeritis Cardinalibus, & Episcopis mitratis, & Monachis cucullatis, cum suis siue pedis siue pedibus esse ueram Ecclesiam.

Nolumus autem retorquere argumentum, sed

humaniter monere, nisi desinant persequi quod nos profitemur doctrinam, uel huius Grammaticae sententia iudicium Dei non euasuros.

VIII. Argumentum.

Lutherus nullum articulum fidei credidit. *Ego*
Lutherus ardet apud inferos.

Responsio.

Cum antecedens negatur, consequentiae rationes Grammatico est nulla. Sed ne putet nos hoc holdum, scilicet, eius argumentum eludere magis quam soluere, uideamus quam portentosè articulos dei interpretetur.

fol. 40.

Credere, inquit, in ipsum Christum, NIHIL ALIUD est, quam credere quod Christus hanc felicitatem illis (sanctis) atque omnibus, qui illorum exemplum cipere uoluerint, a patre comparauerit. Nec quod alii est credere in Deum patrem, quam credere, quod per unigenitum filium suum redemptum genus humana ad tantam maiestatem extulerit, uidelicet quod per se sunt Ecclesiæ laboranti & periclitanti patrocinium opem & æternorum bonorum partem aliquam pertiri, si inuocentur. Credere in spiritum sanctum idem esse, quod credere, Papam cum Cardinalem & sacrificulis habere spiritum sanctum, & habere etiam potestatem condendi nouos articulos dei, & omnia illorum decreta esse Spiritus sancti oracula. Haec ille.

IN PROLEGOM. IOAN. BRENT.

153

Si hæc Ecclesiæ catholice fides est, fateor neq; Lu
therum neq; discipulos eius, uel in Deum Patrem,
uel in Christum, uel in spiritum sanctū credere. Sed
quis queso audiuit unq; credere in Deum, nihil ali-
ud esse, q; credere in sanctos, uidelicet, q; Deus san-
ctos hac potestate donauerit, ut subuenire & opem
ferre queat oibus qui ipsos inuocauerint. Et crede-
re in Christum idem sit quod credere, q; hanc pote-
statem illis sua passione impetraverit. Quæ porten-
ta pro articulis fidei Ecclesiæ ppinat Grāmaticus.
Vi uideas ita hominis excecatam mentem, ut fidei
prorsus exciderit. Penitus enim ignorat ueræ fidei
articulos, quos non deprauat modo, sed quibus po-
test proscindit conuicij & blasphemij. Nos haec
nus cum Ecclesia catholica credidimus & confes-
sumus. Credere in Christum, idem esse, q; firmiter
assentiri, per spūs sancti uirtutē, Christum non m̄
uerum Deum esse ab æterno ex Deo Patre ineffabi-
li modo genitum, & uerum hoīem ex Maria uirgi-
nen natum, sed sua passione & morte omnia pētā no-
stra expiisse. Hoc credere in suo de dissidijs libello
Grāmaticus appellauit dementiam extremam. Esse
enim & operibus nostris exienda peccata. Huius
loco supponit notham fidem, qua in Christum cre-
dere idem sit, q; credere per Christum sanctis tribu-
tam potestatē opitulādi, à quibus inuocati fuerint.
Spiritum uertiginis qui in hoc Grāmatico non

u

agnoscit, ipse, metuēdum est, ne uertigine labore
 Quod adfert simile ex aulica consuetudine sumptum, tritum est, & prorsus dissimile. Deo uota nostra nota sunt, priusquam ei exponamus multò promptior est ad subueniendum nobis, ulla creatura esse queat. Neutrū in rege sive principiū, cui supplicandum est, per intercessores: his se penumero subditorum fortunam ignorantibus pro salute eorum excubant, & ipsorum miles non afficiuntur. Monstrat nobis scriptura inter-

Rom. 8. forem & aduocatum unum Christum, qui, ut in **z. Ioan. 2.** cederet pro nobis, ad dexteram Dei collocatus per quem unicū Deo supplicare possumus, cuius istra invocatione uel adiungere, uel surrogare, in opinionem huius Grammatici in cœlis aduocari quid aliud est, quam nostram in ipsum diffidere prodere, cum Deus Pater ipsi nihil denegare possit, quod pro salute nostra petit? Quia fiducia nos esse in Deum Patrem **Ioan. 16.** docet. Etsi enim fine mediatore, qui est unicus Christus nec possimus nec audemus accedere Patrem, tamen Christus inquit: Non dico uobis, quia ego rogarō te pro uobis, ipse enim Pater amat uos, quia me amastis, & credidistis, quia à Deo exiuerim. Quod de sanctis diceret filius Dei, cum hæc sint de falso uerba? Qui Patrem amat, & credit à Patre Christum egressum nostræ salutis causa, is de intercessione

Ti. 2.

IN PROLEGOM. IOAN. BRENT.

155

renon sit sollicitus apud Patrem , quod Christus
eius erga nos charitatem predicit , ut de sua apud
ipsum intercessione & apud discipulos suos non
multa uoluerit uerba facere.

Quod adfert in suum sensum uerba Christi:
Quod uni ex minimis meorum fecistis , mihi feci-
stis. Ergo sancti sunt iuuocandi , tam ineptum est,
ut responso non sit dignum. Ut interim de blasphem-
mia nihil dicam , qua sanctis tribuendo honorem ,
qui soli Deo debetur , Deum honorare sibi uide-
tur homo phreneticus , sicut scriptum est: Gloriam
meam non dabo alteri.

Impudenter mentitur ab Apostolis acceptam
sanctorum iuuocationem , quam primitiuia Ecclesia
ignorauit. In qua , cum sanctorum fieret pia com-
memoratio , posteritas in ethnicum cultum conuer-
tit , cuius utcunque uetus consuetudo , nihil aliud
est , quam inueteratus error , ut Tertuliani uerbis
utar.

Miracula , quae prædicat ad sanctorum reliqui-
as facta , tantum abest , ut uel Lutheri uel nostro no-
mine negemus , quin parati simus , eadem illustri
scripturæ loco , & quidem ipsius Christi compre-
bare testimonio , cui detrahere nefas est. Surgent Math. 24
pseudochristi , & pseudoprophetæ , & dabunt
signa magna & prodigia , ita ut in errorem
inducantur (si fieri posset) etiam electi . Mira-

cotorum tot habes exempla, quos sunt sanctorum
totorum extorta phana & excelsa, quorum moni-
menta passim videre licet tanquam tropheae erectae. Eu-
enim quedam possunt esse uera, tñ quo loco ma-
mam eorum partem habeamus, uerbis Christi ou-
dimus. Vides Grammatice parum abesse, quin nobis
etiam in reliquis persuaseris, dum tibi miracula
sanctorum reliquias, quae uel permissione diuinæ
& iusto Dei iudicio siebant, uel à tuis impostoribus
conficta sunt, defensimus negare, sicut iam dictum est.

Quod ad condemnationem Lutheri adfert, nō
sum etiam sanctorum operibus derogare, eo que-
docuerit iustum in omni bono opere peccare, Eu-
dem insaniae argumentum est, cuius Grammaticus
iamdudum conuicimus. Imperfectionem peccati
rum numero censeri tyrones Theologienon igno-
rant, in qua propter carnis infirmitatem cum ha-
bent

Rom. 7. sanctorum opera, sicut ipsorum querelæ testantur
rectè dicitur sanctos in omni bono opere peccare.

Psal. 18. Quod autem placent Deo, sit, quia hæc imperfectione
in qua fiunt, propter Christum non imputatur, quia
pro nobis Deo Patri semper agens fecit.

Rom. 7. Non minus fallum est & illud, quod scribit Deo
Ioan. 8. um sanctificasse nostra bona opera, ut per hæc ipsius
resurrectionis & æternæ uitæ participes siamus.

Certum est Deum sanctificasse piorum opera
quæ uerè spiritus sancti opera dicuntur, cui menti-
bus

bra sua, tanq̄p arma iusticiæ subministrant: & quidem ea ratione, qua fiunt à spiritu sancto omni materia carent; sed qua fiunt à nobis imperfecta sunt, quia caro, qua hominis etiam uoluntas censemur, non perfectè obedit Deo.

Sed quòd hoc modo & in eum finem sanctificet, ut meritoria sint & resurrectionis & uitæ æternæ, quid hoc aliud est, quām uel negare, uel dimidiare resurrectionis & obedientiæ Christi meritum?

Fatemur & nos, quòd exercitio bonorum operū paulatim ex hoc mundo, ad illam æternam uitam transferamur, siquidem in nobis inchoata est, & opera ista in beata uita inchoata fiunt, sed meriti ratio tota, in sola mediatoris obedientia consistit, qui factus est uictima pro nobis, & perfectè omnia sua obedientia meruit, cuius nos efficimur participes.

Amicorum, inquit hic Grammaticus, communia sunt omnia, Afflictiones sanctorum sunt ipsius Christi, Ergo qui afflictionibus sanctorum adimit nomen meriti, etiam ipsi Christo adimit. Haec enim ex fabulis Aesopi & Homeri commentis nobiscum egit Grammaticus. Nunc ex armario suo etiam adagia producit, & ad suum institutum accommodat. Hęc enim sunt Theologie luce principia. τωντα τεττυφίλων νοιδ. Ergo sancti sunt invocandi. Quanta quælo est uel malitia uel ignorantia huius Grammatici, quòd inter sanctorum

& Christi afflictiones nescit discernere. Christus
pro nobis crucifixus est. De sanctis autem quid lo-
1. Cor. 1. quitur Paulus? Nunquid Paulus crucifixus est pro
uobis, aut in nomine Pauli baptizati estis? Ego
men omnia amicorum communia.

Quantum cœlum à terra, tantum distantia Christi
afflictiones ab afflictionibus sanctorum. Afflic-
tionibus Christi tribuitur perfecta expiatio omnium
peccatorum. 1. Ioan. 2. Ipse factus est propiciatus
pro peccatis totius mundi. Hanc gloriam tribuerunt
sanctis aut communicare, est meritum Iesu Christi
negare, & pedibus conculcare, sicut alias demoni
stratum est.

Aliud Argumentum.

Qui in Spiritum sanctum non credit, saluaris
potest, Lutherus in Spiritum sanctum non credit.
Ergo non est saluatus.

Probatio minoris.

Fol. 49. Quia credere in Spūm, est credere Spiritū sanctū
etūm esse in Romano Pontifice, Episcopis, Car-
nalibus, quod habeant potestatem cōdendi nouos
articulos fidei. Hoc neq; Lutherus neq; discipu-
lius credunt, Ergo damnatus est.

Responsio.

Ecce & huius articuli fidei de Spiritu sancto, no-
tum, & antè inauditam, adfert explicationem.
Eam scio, utcunq; in alijs errent, ne ipsi quidem pili-

pistæ admittent, ut sibi soli hunc furorem referueret
 Grāmaticus. Quid enim ad hunc articulū (quo piè
 & rectè creditur Spūs sancti cum Patre & filio equa
 lis diuinitas, omnia sanctificantis) articulus de tyrā
 nide Pontificis Romani, se super omnia extollen-
 tis, quod Deus & cultus Dei appellatur? Num spi-
 ritum sc̄m negare dicitur, qui eiusdem spiritus ora-
 culis, hoc est, Scriptura sacra demonstrat, à patre
 mendaciorum prodire pleraq; Rom. Pontificum
 decreta, quæ tanq; nouos articulos fidei nobis ob-
 trudit Grāmaticus? Sed quoniam de hac parte su-
 prā diximus, satis est hoc loco insaniam hominis
 saltē notasse, quæ ex prioribus satis comprobata
 est, hoc solum adīcientes, si, quam ille iactat, catho-
 lica Ecclesia, nullo alio spiritu sancto gubernatur, q̄
 hunc Grammaticus describit, qui scilicet nouos ar-
 ticulos fidei condat, hic sciāt, alium non esse nisi pa-
 trem mendacij, & oīm imposturarum architectū,
 quibus hactenus totū mūdum fascinavit Rom. An-
 tichristus, à demone, cui legio nomen est, obseussus.

Quod non omnia discipulos suos docuerit Chri-
 stus, nō uideo quomodo conueniat cum eo, quod
 ait: Vos autem dixi amicos, quia omnia quecunq;
 audiui à Patre meo nota feci uobis. Hic tuū Aelopi
 cū Menippū, aut si q̄s alios in schola tua habes fabu-
 latores, inuoca, aut si placet oīs sanctos, ut hoc loco
 te explicet, aut cōtradictio erit in uerbis Christi, qd

Ioan. 13

impium est, aut asseras necesse est, Apostolos n*on*
 classe Christum earum rerum, quæ ad salutem
 cessarię sunt. Quod enim ait: Multa adhuc hab
 uobis dicenda, non ita accipiendū est, qua si aliqui
 noui sit eis traditurus, de quo non iam pridem n*on*
 nuerit eos, & concionatus sit: sed discipulorum
 rum saltem ruditatem accusat, quos frustra no
 doceat, priusqe spiritus uirtute ex alto induantur.

Sed demus, quod ante assumptionem suam
 cœlum, non omnia docuerit Apostolos Christu
 tamen certum est, quod ipsos in sua ignorantia no
 passus sit permanere, sed per spiritus sancti miseri
 nem ea omnia sint edociti. Qui si quid Ecclesiam c
 laretur eorum, quæ ad salutem æternam necessaria
 sunt, à grandi sacrilegio Apostolos excusare n*on*
 poterimus. Quominus autem hanc notam illis
 rat Grammaticus, docet Apostolus ad Ephesi
 loquens: Non enim, inquit, subterfugi, quomodo

A&to. 20. annuciarem omne consilium Dei uobis. Omnes
 inquit, consilium Dei. Frustra ergo nobis libri
 Apostolicos tanquam mancos obiecit, ut humani
 rum traditionum autoritatem adserat. Inquit
 licet censuram Lutheri, de quibusdam libris apostoli
 phis. Quid nos faciamus ad tam manifestam
 sphemiam? Permittamus hominem suo iudicii,
 ius iudicium resipiscens ut euaderet optarim; ne
 metuendum est, ne sit in reprobam mentem datur.

Præterea sicut Lutherum non recte sentire in Article de Ecclesia, quod de Papisticis sacrificiulis maius honorificè sentiat & loquatur. Sed nunc aliud non respondemus, quam si probauerit grammaticus collutiem sacrificiorum et Monachorum esse ueram Ecclesiam, paratos nos fore etiam Luthero hac in parte minus patrocinari.

Similiter & de Article, qui est de remissione peccatorum iudicandū est, quod reprehendit Lutherum, hanc ob causam non recte sentire, quod asserat peccatum in baptismo remissum, remanere in renatis. Nisi prorsus sensu communī destituatur, idem fateatur necesse est. Remittitur enim non, ut non sit, sed ut non imputetur, sicut ad Ro. 8. dicitur: Nihil damnationis in his, qui sunt in Christo Iesu. Etsi peccatum remanens in se consideratum dignū sit æterna damnatione & morte, sicut alias dictū est.

Ex his quæ diximus patet, iniuste Lutherum à grammatico damnatum, ut qui de præcipuis Articulis fidei minus recte sentiat, & quam portentosos fidei articulos nobis proposuerit nouus hic grammatotheologus, breuiter ostendimus. Nunc ad reliqua properemus argumenta diluenda.

VIII. Argumentum.

Qui negat Sacra menta Ecclesiæ & contemnit, saluari nequit: Lutherus Ecclesiæ Sacra menta negauit, Ergo saluari non potuit.

Responsio.

Recte D. Augustinus contemptores sacramentorum etiam sacramentorum gratia priuari. Sed controuersia uenit, quæ & quot sint numero Sacra menta à Christo instituta. Baptismū & cœnam Domini agnoscit Lutherus à Christo instituta. Rerum qua uestrīs committit Theologis, quibus si uoluerit sexcenta alia addere possunt. Etsi diligenter aminauerimus, nullam Sacramenti rationem obseruent, sicut in Apologia sua tibi demonstrabit S. Augustinus, quem tu tanquam lupum traducis.

Lutheri uerba nihil absurditatis habent, ubi dicitur: Principio mihi neganda sunt septem Sacramenta, et tantum tria pro tempore ponēda, Baptismus, pœnitentia & panis: quanquam si usu scripture qui uelim, non nisi unum Sacramentum habeo & tria signa Sacramentalia. Nam Eucharistia & solutio sunt rememorativa promissionis & optionis Christi. hæc ille. Sacramentū siue Mystrium unum est, nostri scilicet cum Christo coniunctio, que fit in Baptismo, in annunciatione Euangelij, in dispensatione cœngregationis dominice. Vnus est Christus, qui non uariat, etsi organa uariant, & eius participatione in nobis augetur. Frustra ergo hic quodque obgannit grammaticus, Lutherum de Sacramentis aliena à sententia Catholice Ecclesiæ docere.

Sed obiter hic falsarium notemus, quod D. Pa-

IN PROLEGOM. IOAN. BRENT.

163

Ius de Christo & Ecclesia loquitur, id grammatis-
cus contra mentem Pauli ad matrimonium refert:
*τὸ μνήσιον τοῦτο μέγα ἐσίν, εἴπω δὲ λέγω εἰς χειρόν νοῦν εἰς τὴν
εκκλησίαν.* Grammaticus à regulis syntaxeos aber-
rans, hoc loco constructionem male obseruauit, di-
gnus Camilli censura. Mysterium est excedens om-
nem rationem & sensum, quod filius Dei sibi ge-
nus humanum despontatum copulauerit, ut esset
unum cum ipso, cuius ipse caput est, hoc uero cor-
pus per nexus & coniunctiones subministratum et
constructum crescit in augmentum Dei.

Horrenda est scurre blasphemia, quā subiungit.
Quemadmodū, inqt, eiusdem perfidie & incredu-
litatis & impietatis est credere nullū Deum, & cre-
dere esse quidē Deum, sed talem qualem Horatius
describit Priapū. Ita eiusdem incredulitatis & perfi-
diæ est, nullam credere peccatorum remissionem,
& credere talem, qualem singit Lutherus.

Lutherus remissionem peccatorum docuit in so-
lo sanguine Christi per fidem. Hæc doctrina si per-
fida est & impia, perfidiæ & impietatis arguet Chri-
stum, & Apostolos, ex quorum ore hoc hausit Lu-
therus, sicut suprà ostensum est.

Quo sensu dixerit Lutherus, Euangeliū non re-
quirere opera, aliás dictum est: Hoc in calumniam
rapit grammaticus. Euangelium enim propriè di-
gum, quatenus Euangeliū, sicut offert Christum,

ita fidem exigit, ut in ipsum saluatorem credamus
& fiducia illius remissionem peccatorum nostre
habeamus.

Deinde tradit etiam præcepta uitæ. Sed hæc
sunt propria Euangeliij, sed legis diuina, quæ alio
pars doctrinæ cœlestis est, non minus necessaria
quam illa prior, ad ostendenda peccata, & semita
uitæ, in qua fideles ambulare debent.

Sed uideamus, quam pulchrè probet Luther
in spiritum sanctum fuisse blasphemum. Concilium
inquit, suas sententias his uerbis pronunciarunt.
Visum est spiritui sancto & nobis. Ergo qui eorum
decretis derogat, qui hac formula præfati sunt, ba-
sphemus est in spiritum sanctum.

Vix risum continere possum. Protinus ne spi-
tus sancti decretum est, si hæc uerba prætexantur.
Quid si histrio aliquis suis ludicris actionibus,
præstigiator suis præstigijs addat, propterea pro-
raculis diuinis habenda essent?

Visitata loquendi formula erat, qua Prophetæ
uti sunt: sic dicit Dominus. Num propterea pœ-
doprophetarum sermones pro oraculis diuinis
bendi erunt, si his uerbis præfati fuerint?

Aliam rationem adferas necesse est, qua autho-
ratem facias eorum decretis, quæ non nisi ex uerbis
Domini reprehēsa sunt. Et ex spiritu Dei tantisper
piuet Lutherus, donec blasphemiam aduer-
sari ipsius

Notæ:
Sic pseudo-
prophete:
Sic dicit Do-
minus &c.
Jer. 28.

ipsum demonstraueris, quam tibi scio hec Aesopice
fabelæ non subministrauerint.

Quod in Paulum Tertium pontificem & Antichristum Romanum & Cardinales scripsit, utinam tam prompti fuissent ad emendandum, quam hic ad retractandum: sic enim & sui nominis honori & Ecclesiæ consuluissent rectius. Sed tantum aberat ut ea corrigerent, quin in hodiernum diem in hoc unicè incumbant, sua consilia, & conatus omnes eō dirigant, quibus possint modis opprimendi eos, qui ipsorum nefandæ libidini resistunt.

Nulla ergo fuit cōtumelia affectus Paulus III. in libello, cui titulum fecit Lutherus Cōtra pontificatum Romanum à Sathana fundatnm. Obsequium enim fuit pium, quod miror quomodo sanctissimo patri potuerit esse ingratum. Fateor Lutherū non semel tantū admonitu, sed magnificis & splendidissimis muneribus & dignitatibus inuitatu, ut à pposito cessaret, & Rom. Pontifici se se subiaceret: ueræ indubitata ueritas, quam Dñs per ipsum tandem selectū organō propagare decreuerat, eiusmodi uanas persuasiones non admittebat. Potior illi aeternæ suæ & aliorum salutis ratio erat, quam honorum & dignitatū huius mundi, quibus Deo permittente & Sathana gubernante Romanus Pontifex præfectus est. Eius admonitiones nobis sunt ad defectionem & abnegationem Christi impro-

bæ sollicitationes, quibus cedendum non est.

Restant duo siculnea argumenta, quibus Grammaticus non solum probare conatur, Lutherum apud inferos ardere, sed doctrinā eius pariter et persona omnibus exosam reddere, in primis apud Principibus persuadere, ut de ea opprimenda consilia capiant, si suis regnis & Ecclesijs tranquillitatem & piam pacem uelint restitutā. Nos ea etiam percosis expediemus, ut uel tandem finem faciamus.

Quicunq; pacem Ecclesie rumpit, dignus est aeterno igne. Lutherus Ecclesiæ pacem rupit. Ergo Lutherus dignus est aeterno igne.

Aliud Argumentum.

Qui causa est omnium calamitatum & malorum que his quadraginta annis Germania affixeruntur dignus est igne infernali, Lutherus horum malorum una causa est. Ergo iure dicitur apud inferos ardere.

Certum est mediocrem tranquillitatem nullius externam faciem in republica & Ecclesia, ut resuscitatam Euangelij doctrinam. Sed bellorum & motuum causam in doctrinam à Luthero propagatam rejecere, id demum crassa est ignorantia & detestanda malitia. Fallacia nota est in Scholis auctiis causa ut causa, item fallacia accidentis, id quod exemplis demonstrabimus.

Priusquam Ieremias Propheta apud Iudaicū pulu-

pulum suas cōciones ex mandato Dei instauraret,
consensus erat inter Sacerdotes & Leuitas, & me-
diocris etiam in regno tranquillitas. Postquam ue-
ro ipse populum ab auita Idolatria reuocabat, dis-
sensio exoriebatur in populo, & uarijs modis affli-
gebantur, bello, fame, peste.

De causa dissidij & malorum quæstio est. Hanc
summus Sacerdos cum suo senatu reiicit in Pro-
pheram, quem etiam apprehendunt, sententia mor-
tis aduersus ipsum lata. Huius uestigia sequitur po-
pulus, qui hanc nostri Embricensis grammatici sen-
tentiam exprimunt, dicentes: Sermonem, quem
ad nos locutus es in nomine Domini, non audier-
mus ex te, sed facientes faciemus omne uerbum,
quod egreditur de ore nostro, ut sacrificemus Re-
ginæ cœli, & libemus ei libamina, sicut fecimus nos
& patres nostri, Reges nostri & Principes nostri in
urbibus Iuda & in plateis Ierusalem. Et saturati su-
mus panibus, & bene nobis erat, & malū non uidiri-
mus. Ex eo autem tempore, quo cessauimus sacrifici-
care reginæ cœli & libare ei libamina, indiguimus
omnibus, gladio & fame consumpti sumus.

Hic non opus est Grammatici exquirere senten-
tiā: cum enim supra summi pontificis iustificaue-
rit iudicium: qui, inquit, iudicabit tibi iudicij ueri-
tatem, ab eo nunc recedere sibi nefas ducet. Iudi-
cio ergo Grammatici, Ieremias omnium malorum

causa est, perturbator & Ecclesiæ & tranquillitatis publicæ, cum utriusq; causa esset & sacerdotum pietas, & populi erga uerbum Domini rebellio ingratitudo.

Tempore Achab Elias concionahatur: eo dote, famæ in terra Israel exoritur grauissima. Achab in Prophetam reuicit culpam. Sed audit uicilio rex. Tu es, inquit Propheta, qui conturbas Israel, dem & Christo & Apostolis obuictiebantur, cum sent innocentissimi, & summorum sacerdotum populi impietas itam Dei prouocaret.

Quod si Grammaticus doceri uellet, uel ex fabillis suis æsopicis se explicare posset: Solemne locum esse lupo accusare ouem, que in infima parte rentis sibi aquam turbet. Agnoscimus nos quod magnum consensum fuisse in impietatem Papistarum, priusquam Lutherus exoriretur. Experiimus autem eo docente satis duras afflictiones, quod Deus in primis Germaniæ immisit: horum omnia causam, dum in nos reuiciunt Papistæ, nihil noui cunteaut faciunt, sicut iam de Prophetis, Christo, Apostolis demonstrauimus. Sed qui fuerint huius omnium malorum Architecti non ignorare possunt. Si quid in nostris culpandum est, Martry erunt, quæ tot cruciatibus superatis iam ad quod draginta annos sustinuerunt.

Malorum autem causa est Papistarum obstinatione

malicia & impietas, quod Euangelio hactenus re-
cusarunt credere, sed igne, aqua, ferro, & omnis ge-
neris tormentis persecuti sunt: Et nostrorum ingra-
titudo, qua euangelica libertate ad licentiam carnis
abusus sunt. Ac metus est, nisi de sua crudelitate Pa-
pistæ remittant, & nostri maiorem gratitudinem
pro oblata gratia declarant, subsecuturam panole-
thrian, sicut Daniel inquit: finis eius uastitas. Impro-
bè ergo facit, quod nostris intentat crimen, cuius
scit suos esse reos. Magis uero improbè, quod Prin-
cipium & regum animos aduersus ueræ doctrinæ
assertores excitare & stimulare ac exacerbare cona-
tur. Sed quæ est huius hominis impietas, & Princi-
pium uirorum integritas, & consiliorum ipsorum
rectitudo, non puto fore quenq[ue], qui huius homi-
nis furores sequatur, Sed potius eius blasphemias
ex animo detestetur, quo minus nobis ab illo me-
tuendum est periculi.

Cum igitur in hac sua Apologia nihil preter ma-
iores adferat, et si eisdē sua impietate ita deprauet,
ut eas nemo bonus probare queat, in minore autē
pro concessis assumat, quæ aduersus Lutherum
& sanam doctrinam confinxit mendacia, nec quic-
quam probet, fascinatus scilicet suæ scholæ Thea-
tro, ubi discipulorum nemo ipsi preceptorि relucta-
ri audet, Idem sibi etiam in Ecclesia licere falso per-
suasit, fore ut nemo sese illius erroribus opponat.

Existimo satis hominis pariter & ruditatem & pietatem demonstratam esse.

Sed præstat priusquā finem faciamus, cognoscere uiam & rationē recuperandæ pacis, quam grammaticus ordinibus Imperij præscribit.

Eam tribus partibus complexus est, Prima uicerentur mali: hanc enim improbè ait scelestus homo causam fuisse excidij populi Israelitici, quod nesciuerint malos tolerare. Altera ut exuratur omnium Lutheranorum libri, tanquam uenenata tela pro loctetis. Postrema, ut uel in exiliū ejciantur uel cidentur, qui Romani pontificis imperio sele nobis subiçere. Hoc scilicet compendiu est ad recuperandum ocium sacrificiorum, in quo cum detrimento tot milium animarū belle ac suauiter deliciari uenit.

Quæ est quælo hæc improbitas? Cum populus Dei ideo affligeretur, quia obtemperabant summis Sacerdoti Baalim sacrificanti, hanc Dei sententiam inuertere, & impudēti ore asserere, ideo illis Dei iratu, qd cum malis non seruent unitatē & pacem.

Quid opus est prophetarum hic repetere condones, quæ populi consensum cum summis Sacerdotibus in Idolatriam prædicant omnium calamitatem fuisse causam. Quo magis stupenda est grammatica impudentia, qui ad exitiū nostrū maturandū ueretur similia nobis persuadere, ut cuncti Deū offendamus, modo suis delicatis sacrificulis suū con-

IN PROLEGOM. IOAN. BRENT.

ster ocium. Constat prophetas, qui regū, principū, summorū pontificū & populi Idolatriā grauiter reprehendebant, à summis Sacerdotiibus & regibus consentiente populo truncatos esse & occisos. Hęc contra prophetas rebellio interitus ipsorū causa fuit, sicut uidere est in libris regū & Paralipomenon. Sed tantū abest ut illis ira ceretur Dominus, quando pñ reges pro ratione sui officij excella abstulerunt, quæ cōsentientibus et iubentibus summis Sacerdotibus erecta erant, ut omni benedictione Domini minus eos cumularet. De reliquis ut taceā, qui pleo no corde coram Domino ambularunt. Ipsi lehu in quartā generationē confirmatum est regnū, qđ tem plū Baal in cloacas conuerterit. Eius exemplū si pñ reges in prophanandis sacrificiorū facellis imitentur, de benigna Dei erga se uoluntate minime dubitare debent. Tolerarunt prophetę Idolatras, similiter & Apostoli, quos si potuissent emēdare & corrigeret, de suo studio nihil remisissent. Sed quid hoc ad Principū officiū, qui tenentur sui officij ratione non tolerare, sed abolere Idolatriā, præcidere offendicula, quod dum faciunt, in prophetarū et Apostolorum exempla nihil delinquent. Subditi nolint ue- lint coguntur tolerare, quæ magistratus authoritate non corriguntur. Requirit autem Grammaticus non solum tolerantiam, sed etiam consensum, quo studere debeamus cū Papisticis, impijs et impuris

sacrificulis seruare unitatē spirītus. Id ut pīj, & q
bus oculos mentis illustratione spirītus sui ap
ruit Domīnus prāstent, ne Augustini quidēs
thoritatem persuadebit unquā. Nā scriptū est: No
te fugū ducere cū infidelib⁹, ppter quod exi
medio eorum, & separamini dicit Domīnus, &
mundum ne tetigeritis, & ego recipiam uos, &
uobis in patrem, & uos eritis mihi in filios & fili
dicit Dñs omnipotens. Et Ioannes: Fugite idola

Pr̄estat saluberrimæ Prophetæ & Apostoli
monitioni obtemperare, quām tua somnia legi
qui improbè nobis consensum cum impījs suad

Quām nihil ad uanitatem tuam probandam
ciat Augustini locus, manifestum est. Aduersus
natistas pugnat ille, qui per omnia puram con
debant habere Ecclesiam, in qua nihil offendicul
rum esset, cum quibus nobis nihil est cōmune. S
mus tolerandos etiam malos in Ecclesia, si quan
resipiscētes liberentur ex laqueis Diaboli. Sed i
pietatem sacrificiorum sequi, hoc à mente D. Au
gustini est alienissimum, sicut ipsius Epistolæ co
textus docet. Deinde hac ipsa doctrina D. Augu
stus nemini de suo officio derogat. Magistratus o
ficiū est abrogare idolatriā, Patrum familias au
care liberos & familiam, Pastorum Ecclesiarum p
pulum ab idolatria dehortari, & similia. Consilio
de exurendis nostrorum libr̄is uanum est: sic enī
homī

2. Cor. 6.

Eſaiæ 52.

hominum seductorum confirmatur studium perse-
uerandi in errore, & quæ est mala bonitas typogra-
phiarum semper erunt, qui horum desiderio satis-
faciant.

Deinde non est tanta uis errorum, ut contra ue-
ritatem aliquid ab his sit metuendum detrimenti.
Qui uolent seduci, libris exustis errore non libe-
rabuntur. Ea autem est euangelicæ ueritatis firmi-
tudo, ut facile omnium religionum libros iuxta se
positos ferat, quos instar Arcæ foederis tanqp dago-
nem precipitare potest. Quot profert terra pestife-
ras herbas, quæ salutaribus nihil incōmodant, sed
earum bonitatem tanqp saluberrimorum medica-
mentorum commendant. Non minus absurdum,
exilio & omnis generis tormentis doctrinam Euan-
gelij delere. Cum enim sanguis sanctorum irriga-
tio sit Ecclesie, omnes persecutio[n]es doctrinā Chri-
sti plantarunt magis quam extinxere, id quod & A-
postolorum tempora & primitiū Ecclesiæ exem-
pla docent.

Reliquum igitur est, ut tuis consultoribus sacrifi-
culis malam gratiam habeas, qui te miserè decepe-
runt, imponendo onus, cui ferendo tu cum omni-
bus tuis Grammaticis par esse non potueris. Hoc
igitur infelici tyrocinij tui successu edoctus in po-
sterum tibi temperes, nec falcem tuam in alienam
mellem mittere pergas. Rectè aliquoties monuisti,

per Spiritum sanctum, in Ecclesia Christi singu-
personis sua distributa munia & officia, quo mag-
reprehendenda est tua peruersa sollicitudo, qui-
pinatus es uniuersum pontificium regnum rul-
rum, nisi Grammaticorū opera muniatur, & Ac-
picis ac Homericis fabellis fulciatur.

Arbitraberis forte te rideri ab ignoto, sed me
nisse debueris prouerbij, Ne futor ultra crepi-
In primis autem tuorum ipsius uerborū: Alien-
fundū arātes, irā Dei in se puocare. Dū te offici-
monemus, de te uticē nō malē meremur. Ad fab-
las scias te natū esse his moribus, & hoc ingenio
ad res sacras tractandas. Quod si minus patiēter
ras nugarū tuarū confutationē, & officiū conui-
compenses, scias tuū blasphemū os nullum pre-
rea accepturum responsum. Pium autem lector
rogatum uolo, ut in meliorem partem accipio
quid acerbius in Grammaticum dictum est. C
enim enormis ipsius esset blasphemia, respon-
mansuetius extorquere non potuit, nisi homi
qui omnis generis probris, conuicijs & blasphem-
ijs in Christum coniectis instar lapidis non re-
ueatur.

Deus Pater Domini nostri Iesu Christi, per
uentum filij sui ad iudicium, uel tandem horum
minū ludibrījs finem faciat, & Ecclesiā suam ab
monstris liberet, quæ in summis angustijs, quib[us] in le-

in hoc mundo subiecta est, non nisi ad iudicium
eius prouocare potest, quod futurum est,
ut Prophetæ loquuntur, in ueritate.

Amen.

Francoforti excudebat
Petrus Brubachius an-
no Domini Millesi-
mo quingentesimo
quinquagesimo
octauo.

OCN 66842045

— тилят на озере в
многих видах. Сюда же входит
один из самых крупных видов —
Белоголовая дрофа, или аист.
Аисты

изделий, экспонатов
всех выставок, сим-
позиций и конферен-
ций, организованных
научно-исследова-
тельским институ-
том. Аисты — это
одни из самых круп-
ных птиц в мире.